



Cop. 844274

LIBRO DE MATEMÁTICAS

DE JUAN DE VILLENA

CON UNA INTRODUCCIÓN

Y UNA TABLA DE LOGARITMOS

DE JUAN DE VILLENA

CON UNA INTRODUCCIÓN

Y UNA TABLA DE LOGARITMOS

DE JUAN DE VILLENA


CON UNA INTRODUCCIÓN

Y UNA TABLA DE LOGARITMOS

DE JUAN DE VILLENA

CON UNA INTRODUCCIÓN

Y UNA TABLA DE LOGARITMOS



Non impedias Musicam: vbi auditus
non est, non effundas Sermonem, & im-
portunè noli extolli in sapientia tua.
Eccli. 32. v. 5. & 6.

Obedite Præpositis vestris, & subjacè-
te eis. Ipsi enim pervagilant, quasi ratio-
nem pro animabus vestris reddituri, vt
cum gaudio hoc faciant, & non gemen-
tes, hoc enim non expedit vobis. Ad He-
breos. 13. v. 17.

¶

APPROBATIO Rmi. P. Fr. DOMINICI
Losada, Lectoris Jubilati, Archiepiscopatus
Toletani Examinatoris Synodalis, Provinciæ
Castellæ Regularis Observantiaæ Ex-Minif-
tri Provincialis, Ordinis Ex-Secretarij
Generalis, ac Indiarum Occiden-
talium Commissarij Gene-
ralis.

JUSSU N. Rmi. P. Fr. Joannis de Soto, Lectoris
Jubilati, Catholicae Majestatis pro Regali Coetu
Immaculatae Conceptionis Theologi, ac totius
Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Ministri
Generalis, &c. Sedulò iustravi, & accurate perlegi
scriptum: *Pro Cantu Gregoriano Universis Provincijs*
Fratrum Minorum injunctio, Authore R. Admod. P.
Fr. Thoma Montalvo Sacrae Theologiae Lectore,
Provinciæ S. Petri de Alcantara Granatensis PP. Dis-
calceatorum quondam Provinciali Ministro, ac totius
Ordinis Ex-Diſſinitore Generali, &c. Et quidem certè
nihil in eo studiosius examinato reperi, vel à regulis
fidei alienum, vel à morum gravitate devium; sed
cuncta, vti in simili scripto Sydonius: *Moraliter, lector,*
potenter, elegantè scripta prælibavi, ac prælibata depre-
bendi. (A) In hoc igitur opusculo, parvo quidem quan-
titate molis, magna certè splendet quantitas virtutis,
ingentis doctrinæ, ac multiplicis eruditionis pondere
cumulata. In eo etenim cuncta in primis *moraliter,*
scilicet ad regulas morum conformiter, documenta, &
jura, quæ Canonica, quæ Regulatia, quæ potissimum
Franciscanis moribus, & institutis apprimè consona,
ita *lector, potenter, ac elegantè* discussa clauduntur, vt
merito Authoris sui eximiā magnitudinem aperte
demonstrent: quippe *Artificis magni est neda multum*
in exiguo indicasse, sed etiam totum clasissi. (B)

(A)
Sydon.
Apollin. lib.
5. Epift. 9.

(B)
Senec. Epift.
54.

卷

Nec

Nec minus perspicua claritate Authoris gravissimi animi gravitatem ostendit ponderosus modus ipse dicendi, non ea perpolitus oratione circumtonsa, & fucata, quæ juvenilem animum, & aliquid fractri habentem velut ex yultu demonstrat, sed illa aperta, ac virili eloquentiae sinceritate, quæ ut inquit Magnus Augustinus: *Viros summa authoritate, planèque Divinos decebat, & alios quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit.* (C)

(C)

D. August.
lib. 4. de Do-
ctrin. Chriſt.
cap. 6.

(D)

Virg. Ecg-
log. 9.

(E)

Lib. 2. Ma-
chab. cap. 6.

Potro Religiosissimus vir, juxta, ac gravissimus dum quoddam Anonymum scriptum, juvenilis animi, vel ex sua loquela foetum legitimè recenserat, cum ipse artes, ipsæ hominum conditiones rectè discriminent loquelas, & ut decantavit Poeta: *Omnia fert animus quoque.* (D) Ponderosa prudentissimi scinis consideratione rem tacitus hinc inde mente versabat, & veritatis zelo ardentissimè succensus pro gravissimis, & sanctissimis legibus dimicare paratus, vel tacere nesciens adhuc tamen loqui nesciebat sive obedientiæ ductu, & impulsu. Ita ergo senectute quidem dignus apparet, velut alter Eleazarus senectutis eminentia digna conspicuus, præente ipso, adolescentulis obedientiæ debitæ exemplum forte relinquit, & juventutis plus justo libertatis jura vindicantis vias omnino declinavit. (E) Ejus verba jure auscultanda veniunt: *Certum fit, quod canities immutescere nesciat, dum juventus leges imponere satagit; attamen ut senectus in nullo juventutis se detur vestigia, non nisi obedientiæ impulsu animum ad causam publicam appli-are debet.* Nonne in præsentiarū de summa rerū non agitur, pro supremo totius Religionis Capite? Numquid negotium non est pro tuenda debita obedientia iussis tūm Religionis Prælati vniici, tūm supremi Ecclesiæ Capitis, ac Sedi Apostolicæ, quorum mandatis ita submissio animo parere voluit Protho-Parens noster Seraphicus, ut cæcis oculis statim exequenter Fratres quidquid animæ, ac Regulæ contrarium non fore? Nonne totius Religionis basis, ac primum fundamentum in hac promptu?

prompta; ac cæcā obdientia situm non est à Sanctissimo Fundatore! (F) Ita certè: igitur pro aris, & focus omnes tenentur pro hac causa publica dimicare. Certo certius id profectò est. At certius, & felicius rem aggreditur anticipata victoria ante pugnam gloriosus, qui non suo, sed superioris impulsu ad id movetur, quippe quid difficit corporis instar nullum à se motum elicere possit, sed semper agat superioris impulsu motus, & actus, ut apertimè optimi obedientis graphidem describit Sanctissimus Patriarcha noster. Profectò qui ad pugnam istam scuto obedientiae protectus, & alieno superioris actus impulsu descendit, victricem animum, vel in senili corpore induet, ac vires, quibus juventutis refractariæ impetus potentè refringeret, quem admodum, & Q. Maximus Annibalem juveniliter exultantem patientia sua fregit, & Daretum juvenem Troyanum insultantem Entellus senex devicit. Horum pugnæ, ac Historiæ meminit D. Hieronymus, dum & ipse jam senex cunctaretur certamen compulsus inire cum Augustino tunc juvene, & sibi charissimo. (G) Ita pro gravitate rei, & causa veritatis defensandæ justo ardore succensus Doctor Maximus ferventius agebat certam sibi victoram, vel ante pugnam decañans.

Jure sancte tenetur ad prælium exire, quemque habet zelum legis, ac in causa publica sit, & pro Capitali Regulæ præcepto, ac totius Religionis fundamento concertatio, ne eam subeat increpationem, quod ex adverso non ascendit, neque posuerit murum pro domo Israël, ut staret in prælio in die Domini. (H) Igitur quasi filij Israël ad pugnam procedere oportet mente pacifica, sed quæ sanctæ emulationis ignem quoque retineat: quia ut eleganter docet S. Gregorius, Spiritu Sancto plenus non est, qui aut in tristitia gollitate fervorem emulationis deserit, aut rursus in emulationis ardore virtutem mansuetudinis amisit. (I) Certè quidem Servator noster dum nos ab hominibus cavere monuit, cum simplicitate Columbae prudentiam Serpentis in primis habere jussit, ut sic cautores esse.

(F)
Chronic.
Seraph. part
6. lib. 2. cap.
19.

(G)
D. Hiero-
nym. Epist.
91. & 92.

(H)
Ezech. 13.

I
P. G. q. in
P. st. 3 part.

effecti hominum calliditates, & futurā dampna cautius
vitaremus, serpentis prudentiam in primis imitando,
ut pote qui et si laea ferantur membra, caput tamen il-
laesum servare totis viribus contendit, (J) Quo potissi-
mū Religiosi Subditi monentur documēto inquit ex

Matth. 10.

D. Ambrosio N. Evangelista, ita suum caput servare, &
Superioris Obedientiam tenere, ut pro ejus autoritate,
& fama propriam vitam, si opus fuerit, fundere
debeant. (K) Igitur pro defensione capitis vel co-
lumbini animi est commotabile fervore, & adversan-
tium impetrere Serpentis instar ira succensi.

(k)
P. Evangelis-
ta Momigno
director. ser.
23.

At nunc pro pace belli pacis victoriam cogitan-
tibus decantare liceat ea Virgili Carmina, quibus Pa-
ter Æneas affectu paterno finem imposuit memoratae
jam pugnæ Daretis, & Entelli: (L) *Fessumque Darea eri-
puit, mulcens dialis, ac talia fatur.*

(L)
Virgil. lib. 5.
Æneid.

In felix, que tanta animum dementia cepit?

Non vires alias conversa que numina sentis?

Cede Deo. Dixitque, & prælia voce diremit.

Severius tamen agendum plures judicabunt, cum ca-
vendum maximè oporteat, ne pesum abeat Religionis
structura, dum vtroneas cervices Superioris obedien-
tiae jugo subjecere à subditis vel in dubium vertitur,
dubitazione mota, vbi sine dubio melior est Obedien-
tia cæca. Quid si zizaniorum semina jam sparsa cons-
piciantur? Nonne illicò colligenda? Ita sanè de jure.
At Pater paterno affectu commotus immotus manet
atque patienter expectandum satius ducit, ut in se re-
versi resipiscant, veritate jam cognita, qui fortè juve-
nili ardore nimium ferventes obediētiæ habenas laxare
plus aequo fatigebant. Nec propterea à vigilantia de-
bita desciscere recensebis, si in memoriam revocas pa-
rabolam de zizanijs, que licet jami apparuisse visa sint,
colligenda tamen noluit pro tunc prudentissimus.
Agri Rector, quantumcumque inclamarent protinus
eradicanda servi fideles, & bono zelo ducti. (M)
Præstat equidem aliquando prudenter indulgere, &
expectare, vt zizania sponte sua decidant, maxime
vbi spes fulget salutis.

(M)
Matth. 13.

Nunc

Nunc verò qui habet aures audiendi audiat à
Magno Parente Augustino , quid dicat respondens
Hieronymo ipsum senili gravitate objurganti:(N)For-
tis dura , sed certè salubriora verba tua, tanquam Ce-
stus Entelli pertimescam? Cædebatur ille, non curabatur,
O ideo vincebatur, non sanabatur. Ego autem si medici-
nalem correptionem tuam tranquillus accepero , non dole-
bo. Si verò infirmitas velut humana mea ; etiam cum
vevaceiter arguor, non potest, non aliquantulum contristari,
melius tumor capitis dolet , dum curatur, quam dum ei
pareitur, O non sanatur : hoc enim est, quod acutè vedit,
qui dixit , vtiliores esse plerumque inimicos objurgantes,
quam amicos objurgare metuentes : illi enim dum rixan-
tar, disunt aliquando vera, que corrigamus, isti autem
minorem, quam oportet, exhibent justitiam libertatem, dum
amicitiae timent exasperare dulcedinem. Quia prepter, O
si bos, ut tibi videris, lassus senectute fortè corporis, non
vigore animi, tamen in area Domini fructuoso labore de-
fudis: Ecce sum si quid perperam dixi, fortius fige pedem.
Non mihi esse debet molestum pondus etatis tua, dummo-
do conteratar palea culpe mea.

Actum erit de re ista, & quidem felicitè, si paca-
to animo Augustini imitatione prudentium seniorum
monita, & si fortè dura, salubriora tamen , disciplina-
ta juventus reverenter excipiat , & ex alienis periculis
prudentiam addiscens, Roboami casum caveat, qui de-
relicto seniorum Consilio Juvenum sequuntur suimet,
ac totius Israëlis passus est jacturam. (O) Igitur sa-
pientium sanam doctrinam ab Ecclesiastico hauri
didente. Ne despicias narrationem Presbyterorum sa-
pientium: ab ipsis enim disces sapientiam , O doctrinam
intellectus, O servire Magnatis sine querela. Non te præ-
tereat narratio seniorum ; ab ipsis enim disces intellectum
O in tempore necessitatis dare responsum. (P) Jam præ-
manibus tibi est, & ante oculos tuos observatur aperte
conspiciendum veritatis lumen in hoc opusculo, seu
enchiridione resurgens, quod tanquam lux illa in Pha-
xo posita, errantes revocat , O in rectum ducit. Ego
qui-


(N)
D. August.
Epist. 15.

(O)
3:Reg.cap.
12.

(P)
Eccl.cap. 8.

quidem pro hujus libelli coronide ; appendendum in
coronam censeo sacrum illud ac nobile emblema lu-
cernæ sub crystallo ardenti appositum in signum justæ
defensionis pro Ecclesiæ immunitate, cui lemma : *Ser-
vat indemnem.* (Q) Igitur scriptum hoc publica luce
donandum, necesarium, nedum vtile , censeo : Cùm
nihil bonis moribus adversum contineat , sed omnia
sint saniori doctrinæ consona. Ita sentio : salvo , &c.
In hoc Conventu S. P. N. Francisci Matriti , die 28.
Martij, ann. 1730.

Fr. Dominicus Lofada.



LICENTIA ORDINIS.

Fr. JOANNES DE SOTO, LECTOR JUBILATUS
Catholicae Majestatis pro Immaculatae Conceptionis Regali Con-
gressu Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. S. Francisci Minis-
ter Generalis, & servuus.

Cum opus, cuius titulus est, *Pro Cantu Gregoriano univerſis Pro-
vincijs Fratrum Minorum injuncto*, à R. admod. P. Fr. Tho-
ma à Montalvo Sacrae Theologiae Lectore Provinciae nostræ S. Pe-
tri de Alcantara Granatenſis Ex-Ministro Provinciali , & Patre, ac
totius Ordinis nostri Ex-Diſtinctore Generali compositum , & à
Theologo nostri Ordinis juxta commissionem nostram relectum,
& approbatum fuerit, vt typis mandari possit , tenore præsentium
facultatem concedimus, & indulgemus, servatis attamen in reliquo
ceteris de jure servandis. Datis in hoc nostro Conventu Curia
Matritensis, die 12. mensis Aprilis, anno Dñi. 1730.

*Fr. Joannes de Soto,
Minister Generalis.*



D. M. S. Rmæ.
*Fr. Didacus de Espinosa.
Secretarius Generalis Ordinis.*

JV-

JUDICIJ, ET APPROBATIO R. A.
P. Fr. Andræa Bravo, Lectoris Jubilati, Sa-
cri Tertij Ordinis de Pœnitentia Regularis
Observantiae S. P. N. S. Francisci Bœticæ
Granatensisque Provinciae S. Michaelis Ar-
changeli bis Ex-Ministri Provincialis, &
Patris Antiquioris, nec non hujus Archie-
piscopatus Granatensis Exam-
inatoris Synodalis.

Pro Canta Gregoriano; universis Provincijs Ordini-
nis Minorum injuncto, opusculum (ita frons Operis
hujus exaratur) à R. A. P. F. Thomæ Montalvo Lectore
Theologiae, Ex-Difinitore Generali Ordinis, Provincia-
rum S. Joseph, & S. Joannis Baptiste Patre, Granaten-
sisque Provinciae S. Petri de Alcantara jam secundò Pro-
vinciali Ministro elaboratum; jussuque D. D. Gabrie-
lis Joseph de Rus & Contreras, Majoris Conchensis
Salmantinæ Universitatis Collegæ, Academico Licen-
tiatus honore decorati, Archiepiscopatusque Grana-
tensis Gubernatoris, Provisoris, & Vicarij Generalis
judicio meo commissum (si cum Mantuanlo loquar)
legi tanta animi voluptate, quanta luculentia splendet,
quanto amore ejus Authorem prosequutus sum: quin villo
modo mihi Religionem injicere possit, quod tantus,
debitus tamen, amor dum vel hoc opus, vel quidquid
ei adversari videtur, coloribus cuique proprijs depin-
gam, judicium meum maculae suspicionis aspergere
queat: imò potius eò magis eam expurgavit, quo ma-
gis me obstringit, vt mihi commisso muneri cumula-
tissimè respondeam, yerbèque cum Plinio dicam: Amo
quidem fastè, judico tamen, & quidem tanto acerius,
quanto magis amo.

Mantuan.
in Elog. Mi-
rand.

Plin. in Pa-
ne git



Legi,

Legi, inquam, & absque villa dilatione perlegi
Hoc Scriptum a Rmo. P. N. Fr. Joanne de Soto Leetore
Jubilato, Majestatis Catholice pro Regali Cœtu Imma-
culatae Conceptionis Theologo, & totius Ordinis S. P. N.
S. Franciscus Minister Generali per Provincias Discalceato-
rum ejusdem Ordinis evulgari mandatum. Inscriptio-
nē hanc dare videtur Autor huic suo Opusculo. Opus-
culum quidem quantitate molis, virtutis vero, Opus
tantæ magnitudinis, ut de illo cum Casiodoro dicere
non vereat: *Hic codex utiliter legitur, quando in uno*
corpo diligentia studiosi viri potuit recondi, quod in
magna Bibliotheca vix praevalet inveniri. In perdiffici-
libus enim de jure, de Regularibus, de Privilegijs, de
Statutis, alijsque varijs materijs, tam alienis, quam
domesticis, quæstionibus infinitis, fini tamen Operis
valde opportunis, Authorem ejus immisceri video, ut
ipse cum Ecclesiastè ait, *sect. 17. n. 17.* sed quibus vel
levissimam notam inurat aliquis, omnino nulla repe-
rio; quæ huius, innumera; quibus invideat infinitas
quæ summis in Coelum laudibus efferat, omnia.

Etenim procemiatur aptè, narrat apertè, pugnat
acriter, colligit fortiter, ornat excelsè, docendo dum
delestat, & delestanto dum docet; eaque, quæ prius
quasi per nubem videbantur prospici, tanta elucidatione
clarescere facit, ut verè de tanto viro dicamus,
quod Vincentius Lyrinensis de Doctore perfecto aje-
bat: *Intelligitur te exponente illustrius, quod antea obs-*
carius videbatur. Cumque scholasticæ Theologiae ex-
positivæ, Mysticæ, & Moralis, totiusque generis
disciplinarum, quasi vas auti solidum, ornatum omni
lapide pretioso illum fortunatum agnosco; in Reli-
gionisque regimen diu, semperque optatum, totum
se addere summa cum laude video, pro magnisque
consultationibus in cella fractum assiduis laboribus
intueor, dicere cum Seneca, quod hic de Fidias, mini-
mè subterfugio: *Bonus Artifex, qui de omni materia fa-*
cit optimum, quod fieri possit.

Nunc autem mei munctis est dumtaxat oculos
ab

Casiodor.
de divin.lect
cap. 21.

Vinc. Lyrin.
Proph. No-
vit. cap. 37.

Senec. Epist.
82.

ab illo non defletere circa subjectā materiam : Cujus
scopus est , rationibus cuiusdam anonymi scripti po-
stillatim satisfacere, quibus earum Author conatur eru-
dite (est si non sapientēr, quia sapiens non odit manda-
ta) Patrum Discalceatorum N. Seraphici Ordinis con-
tinere Provincias, ne pro suis Choris Cantum Grego-
rianum amplectantur, Generalium Superiorum ex Se-
dis Apostolicæ Oraculo ipsis injunctua. Quibus enu-
cleationibus Author noster, sententiam illam, ut video
Divi Joannis Chrysostomi sequens: Non oportet quid-
quam dicere sine testibus , solaque animi cogitatione. Sa-
pientiam antiquorum exquirit , ut sapiens , quorum
testimoniorum vsu tempestivo , & translatione ad
apicem exacta venit in oculos , non à canalibus lace-
ris , aut prorsus hiulcis , sicut scriptor anonymi, gut-
tatum emendicasse, sed fluenta à fontibus ipsis ebibisse:
Unde merito dicere valet Author noster , quod S.
Cassarius videtur dixisse: Non quedam propriè mea,
leviaque proferam , sed quacunque clarorum, Beatorum-
que Patrum prata peragens de illorum rosto Collegi,
quorum rosa mundum suavi fragrantia replent. Quibus
omnibus enucleationes prædictæ diem , ac noctem ita
dividunt , lucemque veritatis (etiam apud inscium)
tantò nitescere faciunt, ut anonymum scriptum coram
illis , veluti coram sole nebula evanescit. Jure igitur
enucleatori huic dicere possim illud Regij vatis: Mi-
rabilia testimonia tua , ideo scratata est ea anima mea.
Declaratio sermonum tuorum illuminat , O intellectum
dat parvulis.

Eccles. 33:

Chrysoft.
in Psal. 95.

S. Cæsar.
in init. De-
cal.

Psal. 118.
v. v. 97. 98.

Caterum cum anonymi scriptum in gladium
evaginatum incumbere, telisque suis se opprimere, ad-
ductis pro se testimonij fere omnibus contra produ-
centem aperte cōprobantibus , animo pertracto, mi-
nime hoc illum animadvertere miror. Disciplinarum
ornamentis instrūtum esse non dubito , ingenijque
acumine florere, credo : Cur ergo tantam intersectio-
nem non sensit, & ejusque gladiorum acies non vidit?
Levitatem vero jam ferri hanc mean admirationem

per-

percipio; duni charissimum meum divum Antonium

S. Anton. de Padua mihi dicentem audio: *Non enim videbis, nisi
de Padua, obediens fueris. Obedias ergo affectu cordis, O' videas
serni. Dom. oculo contemplationis. Cæcitudo enim promptæ obe-*

12. post Trin. dientia nos illuminat, visumque inferi legitima con-

Joann. 9. sequentia. Vade, lava in natatoria filio, dixit Cæco illi

v. 8. Christus Jesus. Cæcus autem auditu auris obedivit:

*Non contradixit, ait D. Chrysostomus; neque cogitavit
apud se ipsum, lutum solet magis excacare, multoties lavi
in filio, O' in nullo sum adiutus, si quam virtutem habe-
ret, præsens utique curasset, sed simpliciter obedivit. No-
tetur ideo illatio illa, quam efficit Divus Joannes ex
illa prompta, & cæca obedientia: Abi ergo, O' lavit,
O' venit evidens.*

Sed quæro nunc: Scriptor ne anonymi persec-
tam obedientiam abjecit? Revera quisque, ita hoc
esse, reperiet, si obedientiam cæci illius quoad omnia
præoculis habens, scriptum anonymum discutiat, ver-
baque illa Divi Laurentij Justiniani auribus percipiati:

D. Laurent. *Juttin. lib. deligno vita, cap. 2.* *Sunt namque multi, qui post precipientis imperium plu-
res faciunt quæstiones, O' sepè ingeminant unde hoc ve-
nerit? Quis hoc dederit Consilium? Propter quod oritur
murmuratio, excusatio, simulatio impossibilitatis, advo-
catio amicorum, contra quos per Prophetam loquitur Do-
minus: In auditu auris obedivit mibi, ut ostenderet, uno,
eodemque vomento obedientiam simplicem, O' audisse pre-
cipientis imperium, O' obsequium perfecisse. Hoc vide-
tur voluisse Moysem in obedientia Populi Istrælis,*

*Deuter. 27. quando, ad illum descrens legis præcepta, dixit: Atten-
de, O' audi Israël. Ex Græco legitur: Tace, O' audi:
num. 9. prius enim exigit in obediente animum tacendi, &
postea audiendi, vt ita mandatum accipiat, vt audiat,
& non respondeat; vnde talibus verbis Divus Hiero-
nimus vrens perfectam obedientiam sic iuadet: Cre-*

*D. Hieron. ad Rustic. Epist. 4. das salutare quidquid ille præceperit, nec de Majoram
sententia judices, cuius officium est obedire, dicente Moy-
se, Tace, & audi Israël.*

Nec aliter obedire docuit S. P. N. Franciscus,
cum

cum enim ab illo aliquando quereretur, quis esset verus obediens judicandus: *Tolle, inquit, corpus exanimatum, O ubi placuerit pone.* Videbis non repugnare motum, nec marmurare sicutum, non reclamare dimissum. Sic verus obediens est, qui cur moveatur non judicat, ubi locetur non curat, ut transmutetur non instat. Quia propter quemdam inobedientem Fratrem, ut Pisanus refert, omnibus spoliari vestibus jussit, in altam conjici fovea, & humari: cui cum jam solum caput inhumatum remaneret, accedens Pius Pater dixit: *Este mortuas, Frater? Es ne mortuus? Cui ille inobedientiae poenitens respondit: Ita, Pater jam mortuus sum. Surge,* inquit Seraphicus Pater, si verè mortuus es, O Prelato tuo, sicut debes, ad nutum illius obediō, nec praecepto in aliquo repuges, sicut nec homo mortuus in aliquo contradicit. Mortuos, non vivos, ego meos voleo sectatores.

Nec minus superioris nutui mortigeros fuisse, videmus, primitivæ Ecclesiæ viros tempore Apostolorum. Eorum enim Actis cap. 10. legimus, Cornelium ad Petrum verba hæc fuisse loquutum: *Omnis nos in conspectu tuo adsumus, andire omnis, que tibi præcepta sunt a Domino.* Et capite sequenti, cum de receptione Gentium ad Sacrum Baptisma discepissent adversus Petrum fratres, qui in Iudea erant, (ait sacer Textus) *His auditis, scilicet, quæ loquutus est Petrus, tacuerunt, O glorificaverunt Deum dicentes, ergo O Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.* Optime quidem: quia loquente Petro, & præcipue de Ecclesiæ redificatione, alterius hominis non est, nisi tacere, mentemque verbis Petri subdere, & Deum glorificare. Non enim alterius est, quam Petri, seu ejus successoris, ut constat ex ipsa, vox Rmi. P. N. Ministri Generalis usum Gregoriani Cantus præcipiens; neque de re alio, nisi qua redificatur Ecclesia: nam ut ait Magnus Patens Augustinus: *Dominus Dei cantando adificatur.* Ergo hac voce delapsa, & andita, & nobis non licet, nisi obmutescere, Cantique præcepto Denim glorificare, cantibus ei canticum novum, beneque plallen-

Pisan. lib. 1.
conf. cap. 12.

Pisan. lib. 2.
conf. cap. 5.

Act. cap. 10.

Act. cap. 11.

D. August.
ser. 20. de
verb. Apest.
cap. 1.

tibus in vōciferatioñe. Nec ob hoc dico, cāntum sim-
plicem , qui vulgō *Medio Tono* nominatur , non esse
absolutē bonum , dico tamen , bonum esse non posse,
jam eo, vt antea, vti ob circumstantiam tanti p̄cepti,
quod ita claret, vt probatione non indigeat.

Ritē verò esse p̄ceptum CantumGregorianum,
pr̄terquam , quod omnibus opere hoc attractis plus-
quam satis suadetur , firmat etiam proprietas essentia-
lis ipsius Cantus : *Cantus est sonus formatus*, ita definit
Cantum Divus Augustinus, lib. 13. conf. cap. 29. vbi
legenti patebit, loqui de forma regulis artis constructa
cantu quidem simplici , seu non formato , qui vulgo
Medio Tono vocatur , communiter in Ecclesia puræ
preces, Collectæ, & Oratio Dominica Canuntur, Un-

D. August.
lib. 13. conf.
cap. 29.

B. Litmin. de (V. P. Roberti Belarmini sunt sequentia verba) que
to. 3. lib. 3. c. propriè Canuntur in Ecclesia non sunt puræ preces , sed
17. col. 125. Hymni , & Psalmi , quibus Dei laudes continentur. Que
autem sunt puræ preces , & collectæ , & oratio Dominica
non tam canuntur, quam clara voce distinctè pronuncian-
tur , & cum aliqua voce inflexione , que indicat suppli-
cantis affectum. Ecce Cantum formatum solummodo
esse propriè Cantum, Cantumque non formatum , seu
simplicem propriè Cantum non esse : Cum ergo per
Cantum Ecclesia ædificetur , vt verbis supra relatis ait
Augustinus ; longè aptior erit ad hanc ædificationem
Cantus Gregorianus, qui formatus est , quia proprius,
quam Cantus simplex, seu non formatus , quia impro-
prius. Quid igitur est, simplicem Cantum auferre, licet
bonus sit , Cantumque Gregorianum p̄cipere , qui
melior est, nisi ad Dei honorem, proximorumque salu-
tem totum se effundere, cui hoc munus est commissum,
vt qui justus est, justificetur abut , & Sanctus sanctifi-
cetur adorat.

Apoc. 22.

Jure ergo Cantus Gregorianus p̄cipitur. Cum-
que adhuc aliquem, vel aliquos à Cantu hoc dissentire
contradicentes videatur; non nūdè, bonum esse, bene-
que p̄cipere, qui p̄cipit respōdeat, quod calumnia-
ti, vel saltim contemnere queant ; sed optimè jubeat,
omni-

omnibus hoc opus hotum fieri, vestigijs quidem insis-
tens Iesu Domini nostri, qui cum Principes sacerdo-
tum, & Scribae, aegre ferentes, pueros magnis vocibus
canere: Hosanna Filio David: Benedicetus qui venit in
nomine Domini, indignati fuissent, dixit eis: Nunquam
legistis, quia ex ore infantium, & laetentium perfecisti
laudem? Ubi ait Hugo Cardinalis: Non respondet unde
calumniari possent: non enim dicit, faciunt bene, quia me
laudant, sed verba puerorum testimonio Sacra Scripturæ
confirmat. Testimonij enim plurimis Sacra Scripturæ,
Sanctorum Patrum, Doctorumque celeberrimorum
doctrina, & luculentissima eruditione Cantus Grego-
riani utilitatem, ejusque præcepti rectitudinem, & va-
lorem, debitam neconon ei obedientiam ita subtiliter,
solideque hoc opus roborat, atque confirmat, ut ejus
Anthorem, non minori claritate videtur posse dicere:
Aperi os meum, & attraxi spiritum: Eſt enim in illo
(cum Casiodoro me loquente) *Spiritus intelligentia,*
subtilis, disertus, incoquinatus amans bonum. Sed quid
mirum? Cūm notatur causalitas illa: Quia mandata tua
desiderabam.

Quam obrem, & quia in hoc opere iota vnum,
aut vnum apex non præterit à lege, illud Prelō dignum
existimo, & sine mora in lucem prodire, deprecor, ut
ejus proficia lux luceat omnibus, qui sunt in domo,
Deoque efferantur laudes, ut oportet, meritò salutiferæ
obedientiæ: Melior est enim obedientia, quam vitime:
quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: &
quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Judicium dedi
de hoc opere minimè ab illo Seneca recedens: Lauda
pare, vitupera parcus: testimonium veritatis, non ami-
citie reddas. In hoc Granatensi Conventu Sancti Anto-
nij Abbatis, die 30. mensis Junij, anno Domini
1730.

Mattb. 21:

Hug. Card:
hic.

Psal. 118:
v. 99.
Casiod. de
div. n. lect. c.,

7.

1. Reg. cap.
15.

Senec. Epist.
44.

Fr. Andreas Bravo.

LI-

LICENCIA DEL ORDINARIO.

Nos el Lic. Don Gabriel de Rus y Contreras, Colegial Huesped en el Mayor de Cuenca , de la Universidad de Salamanca, Provisor, y Vicario General de este Arçobispado , por el Illmo. Señor Don Francisco de Perea, mi Señor, Arçobispo de Granada, del Consejo de su Magestad , &c. Por la presente damos licencia , para que se pueda imprimir el Tratado, que se intitula : *Opusculum pro Cantu Gregoriano*, que se ha escrito por el M. R. P. Fr. Thomàs de Montalvo, Provincial actual de esta Provincia de San Pedro de Alcantara en su Convento de Señor San Antonio de Padua, Religiosos Descalços de Señor San Francisco de esta Ciudad ; atento à que por la Censura puesta por el M. R.P.Fr. Andrès Bravo, Lector Jubilado, Padre de Provincia del Orden Tercero de Penitencia de Señor San Francisco, en su Convento de Señor San Antonio Abad de esta Ciudad , y Examinador Synodal de este Arçobispado , consta no contener cosa alguna contra los Mysterios de nuestra Santa Fè Cathólica, buenas, y loables costumbres. Dado en Gránada en tres dias de el mes de Julio de mil setecientos y treinta años.

*Lic. Don Gabriel
de Rus.*

Por mandado del Señor
Provvisor.

*Feliz Díaz Rabanal,
Not.*

CEN-

CENSURA R. A. P. Fr. EMMANUELIS
Velasco, Lectoris Jubilati, & in alma Pro-
vincia Granatensi Fratrum Minorum
Regularis Observantiae S. P. N. Fran-
cisci Ex-Ministri Provin-
cialis.

Gravissimi pariter literatissimi, ac subtilissimi ad-
modum R. P. Fr. Thomae Montalvo Sacrae
Theologiae Lectoris, Ex-Difinitoris Generalis Ordini-
nis, Provinciarum S. Joseph, & S. Joannis Baptiste Pa-
tris, Granatensisque Provinciae S. Petri de Alcantara,
jam secundò Provincialis Ministri *Opusculum pro Can-*
ta Gregoriano Universis Provincijs injuncto, sedulo
mentis obtutu, hilarique cordis affectu legi, perpen-
di, ac majori conatu paucitati meæ possibili attente
perlustravi, ac vidi iussu, & facultate D. D. Leonardi
de Vivanco Angulo Equitis Ordinis de Calatrava Re-
gij Consiliarij in Regali Granatensi Senatu, Judicis-
que pro impresionibus in hoc Granatensi Regno.

Opus quidem ex omni parte, meo judicio, per-
fectum, atque numeris omnibus absolutum censeo, &
quod de illo affirmari valeat, quod de alio Divus Cy-
prianus: *Habent enim opera linguam suam, habent suam*
facundiam, etiam taceente lingua legentis; nam in eo scri-
bit, & loquitur noster Author, ut expertus, & floridissi-
mus in omni facultate, & scientia vi, & pondere tam
rationum, quam authoritatum gravis facundia, & elo-
quentia summa; ingeniositate, & humilitate maxima,
ut de erudito scriptore desiderat Angelicus Praeceptor
dicens: *Ille Magister, & Praeceptor, cuius mens ingenio-*
sa, humilis scientia, eloquentia, & docendi gratia; nam
ex isto pluribusque alijs nostri Authoris doctis, & dig-
nis operibus intuetur, & contestatur, esse Magistrum,
ingeniosum valde, doctissimum cum humilitate, admis-
dum eloquentem absque confusione ænigmatum, pe-

Cypri

Opusc. de
ern. Pr. lib. 5.
cap. 2.

ritif-

ritissimum ad docendum, peracutumque potius ad nosdos perdifficiles difficultatum concilcandum, & infringendum.

De alio celebri præceptore loquebatur Nonius in Dyonisium, dum methaphorice dixit, quod de nostro eruditō Authore verificatur: *Pro hæsta os promptum, sermonem pro gladio, pro clypeo vorēm;* nam cū scopus hujus materiæ sit, rationib⁹ cujusdam anonymi scripti postillatim satisfacere, quibus earum Author, immemor altissimæ suæ obedientiæ (aliquando enim bonus dormitat Homer⁹) conatur, & intendit Patrum Discalceatorum N. Seraphici Ordinis continere Provincias, ne pro suis Choris Cantum Gregorianum amplectantur, Generalium Superiorum præcepto, ac Sedis Apostolicæ Oraculo ipsis injunctum, & mandatum, N.R. Author tanquam verus obediens, Ecclesiæ, ac Religionis filius plenus zelo, amore, & dilectione suæ Professionis, ac Regulae, tanquam fortis armatus, indutus, & vndeque circumdatus hasta, clypeo, & gladio obedientiæ, & reverentiæ, qua specialiter obstrictus est verus Frater Minor erga decreta, & Oracula Domini Papæ Ecclesiæ universalis capit⁹, mandata, atque præcepta Ministrorum, ac Superiorum Religionis nostræ, vt expræscet jubet, facit, & docet Seraphicus Pater ajens: *Frater Franciscus promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac Successoribus ejus Canonice intrantibus.* Et postea: *Præcipio firmiter, ut obediens suis Ministris in omnibus, quæ promisserunt Domino observare, & non sunt contraria animæ suæ, & Regule nostræ.* Rationib⁹ nimis vrgentibus, & eruditis, verbisque efficacibus (nam efficax, & vivus sermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti) destruit penitus, & dissoluit levia anonymi scripti argumenta, quæ à recto tramite obedientiæ, perfectionisque Evangelicæ observantiæ maximè avertuntur.

*Cap. i. sisæ
Regule.
Cap. 10.*

Matth. 16. *Si quis vult post me venire, abneget semet ipsam;*
*Or. Quod intelligunt, & communiter exponunt facti
interpretes inconcussè adstruendo perfectionem hujus*
Con-

Consilij Evangelici stare in denegatione, & abnegatione proprij judicij, propriæque voluntatis, & sic perfectius obserbabit illud, ac semetipsum proprius, vel perfectius negabit, qui suum proprium judicium, propriumque dictamen, suum proprium velle, & suum proprium nolle magis, ac magis abnegaverit.

Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, & perdit animam suam, non potest meus esse discipulus, ait Lucas: *Quod intelligit noster Antonius Paduanus sic: Ille renunciat omnibus, quæ possidet, & perdit Corpus suum, qui se ipsum totum præbet ad obedientiam in manibus sui Prælati.* Non autem sic, qui ex toto corde suo, ex tota anima, & mente sua, omnibusque viribus suis extollitur ad inobedientum in Prælatum, & præceptum.

Pro verò obedienti ponit exemplum Seraphicus Pater noster: Vidi, inquit, multoties cæcum quendam, qui non habebat, nisi caniculam pro duce itineris sui: Canicula quo cumque ducebatur, sequebatur, ad illius ductum ambulabat, viæ, vel itineris hujus, vel alterius rationem non flagitabat à duce: si preibat per petrosa, sequebatur, si per plateas, & planas, comitabatur, si ad Templum ducebatur, orabat, si domos introibat, eleemosynas petebat; ita ut omnia pro caniculæ ducentis voluntate faciebat, nec aliquo sine illius ductu pergebat. Talis esse debet verus, ac perfectus obediens, exponit noster Antonius Paduanus: ad obediendum expedit esse cæcum, oculos in obsequium Prælati claudere, & ut de præceptis nec vellit, nec valeat discere, nisi quod præcipitur, humiliter, & promptè complere, quo cumque Prælati præceptum, vel voluntas præcedit, Iequi, invia, & petrosa pro obedientiæ merito hilariter pergere, ac si per plana ambulare. Non præcepti difficultatem, sed præcipientis autoritatem, & obedientiæ meritum verus obediens in omnibus considerare debet, captivans, (non libertans) intellectum, & voluntatem in obsequium præcipientis. Hæc est perfecta, & Evangelica obedientia, contraria verò, & opposita, nociva, & perniciofa elatio.

Cap. 4.

Opusc. tom.
2. cap. 3.

D. Antoni:
de Padua, ibi-
dem.

Alio

Alio consimili exemplo explicat perfectam obedi-
dientiam N. Seraphicus, & Apostolicus Patens: Tolle;
Tom. 3. inquit, corpus exanime, & ubi tibi placuerit, pone.
Opusc. p.2. Videbis non repugnare motum, non murmurare si-
tum, non reclamare dimissum; non contradicit, nec
opponitur determinationibus, vel operationibus, quas
cum illo volueris facere. Sic debet esse verus obediens,
& sic verus Frater Minor, ut nos exhortat, & deside-
rat N. Patens; & sic non video cæcum, nec mortuum
Authorem anonymi, cum taliter arguat, increpet, ac
contradicat verbuni sanum, & irreprehensible omni-
bus Provincijs prolatum, vtpote nihil habens, nec
includens, quod sit contra Deum, animam suam, &
Regulam nostram, imò potius maximè laudabile, &
consentaneum omni rectæ rationi, ac omnimodè re-
gulatum cum mente N. Seraphici Patris, qui expresse
voluit, filios suos in omnibus conformari cum Ecclesia
Romana, quæ Cantu Gregoriano inuncto communiter
vtitur, & quod in Divinis laudibus decantandis, ac per-
solvendis sit unitas, & uniformitas, vt in tympano, &
Choro, Chordis, & Organo bene (id est, uniformiter)
sonantibus, laudetur, & superexaltetur Deus, vt co-
piose suam benedictionem nobis largiatur.

Psalm. 132. *Illic mandavit Dominus benedictionem. Quia? Quia*
summè bonum, summeque jucundum habitare Fratres
in unum: *Ecce quam bonum, Oe. Et exponit Incognitus,*
Illic, id est, Fratribus, qui in omnibus conformantur;
mandavit Deus benedictionem. Et quæ conformitas, vel
uniformitas magis grata, placens, & jucunda Deo, &
hominibus, quam unitas Cantus, & Musice, cuius so-
nus in Cœlo, & in terra modulis percipitur, vt ait Boe-
cius: & in Ecclesia Militante, & Triunfante servit
dulcisono; superadditque specialem accidentalem glo-
riam Visioni, & Fruitioni Beatificæ, vt afirmat Pictavië-
sis: *Quoniam Sancti cum Angelis, O Archangelis, O*
omni Militia Cœlestis Exercitus non cessant cantare quo-
tidie una voce dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus?

De hac vero Cantus scilicet Gregoriani utilitate;

rectitudineque praecepti omnibus Provincijs Religionis nostræ injuncti, ita eruditè, copiosè, ac egregiè loquitur N. Adm. sapiens ac R. Author, vt nil sit vltra, quod melius sit; qua propter possum convertere in obsequium illius illud memorabile elogium, quo Marcus Tullius Servium Sulpicium laudabat: *Omnes ex omni etate, qui in hac Civitate, & Provincia intelligentiam iuris habuerunt, si in unum locum conferantur, cum Servio Sulpicio non sunt comparandi.*

Ad terminos autem Censoris facultatis meæ accedens, fateor, non esse aliquod in Opere isto, quod sit contra Catholica dogmata, bonos mores, nec contra jura, & Privilegia Pontificia, aut Regia, imò potius omnia, quæ in eo assentuntur, & continentur, habere sanam, & rectam doctrinam, valde utilem ad coarctandam, & reprimendam libertatem audacter inobedientium, similiterque ad confirmandam, stabilendam, & corroborandam perfectam subjectionem, & obedientiam, quæ cuilibet Potestati, & Superioritati, tam Pontificiæ, & Regiæ, quam Religiosæ ex omni jure debetur. Quapropter censeo, non solum esse dignum, sed opere, decens, ac congruum fore, vt quam citius prelo mandetur. Sunt enim multi etiam inobedientes, quos oportet redargui. Sic sentio, salvo meliori, &c. In hoc Magno Regalique Conventu S. P. N. Francisci Granatensi, die 19. Augusti 1730.

Cicero in
Phyh.9.

Fr. Emmanuel Velasco.

LICENCIA DEL JUEZ REAL.

Don Pedro de Luque Castroviejo, Escrivano de Camara de la Audiencia, y Châcilleria del Rey N. Señor, que reside en la Ciudad de Granada: Certifico, que por el Señor D. Leonardo Vivanco Angulo, Cavallero del Orden de Calatrava, del Consejo de su Magestad, y su Oydot en esta Corte, se proveyo el Auto del tenor siguiente. En la Ciudad de Granada en veinte y cinco dias del mes de Agosto de mil setecientos y treinta años, el Señor D. Leonardo de Vivanco Angulo, Cavallero del Orden de Calatrava, del Consejo de su Magestad, y su Oydot en esta Real Chancilleria, Juez Privativo de las impressiones de este Reyno, aviendo visto el Memorial dado por el M. R. P. Fr. Thomàs de Montalvo Ministro Provincial de Sr. S. Pedro de Alcantara en su Provincia, en que expresa, que de orden de su Ministro General ha escrito un Papel defensorio de la jurisdiccion de los Prelados Generales en determinada materia del Canto Gregoriano, con la instancia de que se le concediesse licencia, para que se diese à la estampa; y el Decreto à él dado, en que se cometió su Censura al M. R. P. Fr. Manuel de Velasco, Lector Jubilado, y Ex-Ministro Provincial de la Provincia de Granada; quien aviendolo visto, expresa, ser digno de que se dé à la estampa, por no contener cosa contra nuestra Santa Fe, y buenas costumbres, atento à lo qual: Dixo, que concedia, y concedió licencia para que en qualquiera de las Imprentas de esta Ciudad, y su Reyno se pueda imprimir el dicho Papel defensorio, y se dé por Testimonio, y así lo proveyo, y firmó. Don Leonardo de Vivanco Angulo. Ante mi Don Pedro de Luque Castroviejo. Segun, que lo suso-dicho consta, y parece del dicho Auto susoinserto, que por aora queda entre los papeles de dicho mi Oficio, y de dicha comision, à que me refiero, y para que conste, en cumplimiento de dicho Auto doy el presente en Granada en veinte y cinco de Agosto de mil setecientos y treinta años.

D. Pedro de Luque Castroviejo.

SCRIP-

Fol. I.



SCRIPTUM

A Rmo. P. N. Fr. JOANNE D E SOTO,
Lectore Jubilato, Majestatis Catholicæ in Regali
Coetu Immaculatæ Conceptionis Theologo, &
totius Ordinis S. P. N. Francisci Ministro Gene-
rali per Provincias Discalceatorum ejus-
dem Ordinis evulgari man-
datum.



EC ALIUM HABEO TITULUM
ad hanc edendam Scripturam; non
quidem mei, vt pote Particularis, est,
res communes in nostro Ordine
agredi, nec ad negotium publicum
manum mittere, quare tantummodo
ex urgenti præcepto mei Superioris
Generalis Prælati debo præsentem
materiam dilucidandam assumere.

Certum sit, quod canities immutescere nesciat, dum juventus
leges imponere satagit, attamen ut senectus in nullo juventu-
tis festet vestigia, non nisi obedientiæ impulsu animum ad
causam publicam applicare debet.

Vulgari sermone excusa, & sine nomine extensa fuit
Scriptura quædam, cuius Author sua eruditione intendit,
continere Provincias Discalceatorum nostri Seraphici Ordini-
nis, ne pro suis Choris Cantum Ecclesiasticum, ipsis, sicut &
cunctis alijs Ordinis Minorum Provincijs, Superiorum Gene-
ralium præcepto ex Sedis Apostolicæ Oraculo injunctum,
accipiant. Ne autem prudens silentium Prælati Generalis,

con-

2:

co*n*venientia videatur, necessum fuit adductis in prædicta Scriptura occurrere, ejus rationes enucleando, ut veritas innoteat: Quia de causa mihi impossitum fuit mandatum, ut de hac re sermonem instituam, quod completere juxta exiguum mei facultatem per sequentes sectiones conabor.

M S E C T I O I .

INTEGRA, ET INVIOLATA OBEDIENTIA FRATrum Minorum Discalceatorum, quoad suos Prælatos Generales adstruitur.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Duda Regular: El Reverendíssimo Padre Ministro General mandó á las Provincias Descalças, no entonassien como quiera el Oficio Divino, sino que admitiessen el Canto Llano, ó Gregoriano, y vlassien de él en sus Coros, expressando en su Patente ser su mandato de la mente de su Santidad. Preguntase: Si las Provincias Descalças en virtud de este nuevo mandato deban dexar su Canto antiguo, y admitir el Canto Llano, ó Gregoriano?

ENUCLEATIO.

T. **D**ubium Regulare Scriptor vocat suum voluntarium quæsitum, sed nescio, qua ratione vocari possit *Dubium Regulare*, quæsitum illud, ad cuius resolutionem nulla dubitatio intervenire valet. Hujusmodi namque dubitatio, si haberet locum, vel esset ratione præcipientis, vel ratione recipientis, vel ratione materiæ, vel forte ratione modi, quo mandatum imponitur, ex nullo autem tali capite in præsenti consurgere potest dubitatio: Unde nullum dubium in proposito quæsito inveniri valet.

2. Non quidem ratione præcipientis, qui enim præcipit, est Minister Generalis totius Ordinis Scaphicorum, ac proinde ejus

3.

ejus Caput, & Prælatus in corpore Religionis Supremus, ne non & mandatum injūgit speciali circa hanc rem autho-ritate Sedis Apostolicæ suffultus, ex Oraculo nempe, & mente Papæ, cuius absolute potestas talis est, quod, ut ajunt Ca-nonistæ, possit adæquare quadrata rotundis, hujusmodi præceptum prodijt: Unde ex hoc capite nullum dubium haberi potest.

3. Nec adhuc ratione recipientium, nam Discalceatorum Provinciæ, sicut & alia Ordinis, subjectæ jacent, sub imperio sui Generalis Prælati, cui tenentur ex Professione firmiter obedire. Et potiori titulo, dum præcipit ex Summi Pontificis Oraculo, cum totus Ordo Minorum ex speciali sua Regulæ instituto Pontifici Summo, & Sedi Apostolicæ obtemperare debeat.

4. Nec item vlla dubitatio ex materia præcepti appetet, quia hoc versatur circa modum Divinas Laudes persolvendi, & præcipitur id ipsum, quod in Universalí Ecclesia habetur statutum, & quod suo modo spectat ad perfectiori pacto complendum. Regulæ Seraphicæ præceptum de Officio Divino juxta Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exhibendo, qua de causa materia talis mandati est licita, justa, & honesta, atque includitur intra spheram jurisdictionis Prælatorum Generaliū; nec non & etiam continetur intra lineas possibilitatis, & facilitatis, tam phisicæ, quam moralis; quare ex hoc capite nulla consurgere potest dubitatio.

5. Nec tandem ex modo præcipiendi; siquidem tale mandatum habetur impositum illo Regulari Ordine, quo in nostra Religione alia mandata justa, licita, & honesta injungi solent: Unde nullo ex capite vlla dubitatio, quæ censeatur ex agitacione digna, oriri valet circa obligationem Discalceatorum ad prædictum mandatum exequendum. Si autem adhuc, quis velit de hac re ex capite proprio dubium apponere, hoc potius dubium irregulare, quam Regulare vocari potest.

6. Supponatur tamen, quod ex aliquo expræfatis capi-tibus dubium emergeret, certum quidem est, quod adhuc in hac suppositione nulla esset dubitatio quoad obligationem ad parendum; nam in re dubia, posito mandato Superioris obedire tenentur inferiores juxta commune Doctorum pla-

4^o

situm, ex cap. Quid culpatur, & ibi Glossa 23. que 1. r. Atque ita evulgavit pro Ordine nostro statutum D. Bernardinus Senensis, prout habetur in Chronolog. Seraph. fol. 94. & apud de Gubernatis, tom. 3. Orbis Seraph. fol. 94. His verbis: *Quia in omnibus dubijs, quae possunt (forte, non possunt, prout alij scribunt) indubitanter declarari, subditi tenentur sive iudicio Praelatorum suorum, & obedire ut in 23. q. 1. Quid culpatur, &c.* Propterea agentes contrarium sunt transgressores obedientiae, & dignè à Superioribus censura Ecclesiastica, aut alia decenti pena castigantur. Nam prout inquit Barbosa, Collect. Doct. tom. 5. ad dict. cap. Quid culpatur: *In dubio preceptum presumitur justum, & ex justa causa.* Necnon, & in dubijs melior est conditio possidentis, quare cum tunc possessio sit pro obligatione ad obtemperandum, quia haec semper est certa, ratione Professionis, dum de mandato constat, & dubium ex altero capite emergit, obedire tenentur inferiores.

Et principia de Ministri Generalis nostri Ordinis maxima autoritate, de Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraph. lib. 3. cap. 9. num. 9. Sic habet: *Cum Minister Generalis ex repetito Regule precepto sit supremus in Religione Praelatus, & quantum talis non recognosci sine gravissima culpa non posuit, super omnes Officiales, & subditos, sibi quoquomodo subordinatos, super Conventas, Monasteria, Provincias, atque Constitutiones amplissima potestate pollere, non dubitatur, unde semper in dubio pro ipsius autoritate sit presumendum, nisi per Apostolica Decreta, sive per Romanorum Pontificium, aut Religionis eiusdem authenticas Constitutiones de restricta illius potestate circa controversiam appareat, quantum per altos limitari non potest.* Unde solum dum circa controversiam per Sedem Apostolicam, vel per Ordinis Generalia statuta limitata est potestas Praelatorum Generalium, eximuntur subditi ab obedientia in illa materia, in qua est limitatio; quare quando dubium emergit, tenentur inferiores obedire, tunc quidem Superiorum potestas non est circa controversiam restricta, & presumi debet pro jurisdictione Praelati Generalis, cuius est possessio; ac proinde stante dubio, ad obedientiam tenentur inferiores. Ex quo apparet, quod in casu nostro licet aliquod dubium consergeret, dum circa controversiam non dignosci-

tur

tur restricta Superioris Prælati facultas, stante illius mandato
Discalceati tenentur ad illud exequendum.

8. Quibus accedit, quod in re opinabili tenetur subditus
stare opinioni Prælati præcipientis, etiam si minus probabi-
lis sit, prout tenent communiter Doctores Bordonus, tom. 2.
resol. 19. à num. 5. Lezana, tom. 1. cap. 4. à num. 24. Et tom. 4.
Verb. opinio. num. 9. Nam aliás maxima esset confusio in
Ordine, & destructio communitatis, si prætextu opinionis
probabilis, aut probabilioris non tenerentur inferiores Præ-
latis parere; & cogendi esent Superiores ad non præcipien-
dum, nisi ex certa, & evidenti notitia honestatis rei, quæ præ-
cipitur, quod est supra hunianam facultatem. In dubio autem
inter Superiorum, & Subditum, præsumptio est pro Superio-
ri; atque dum subditus agere potest aliquid licite secundum
opinionem probabilem etiam contra propriam probabilio-
rem, ac tuiorem, præcipiente Prælato secundum probabi-
lem, tenetur subditus obediens etiam contra suam tuiorem,
& probabiliorum sententiam. Unde eo ipso quod Scriptor
circa hanc rem dubium induxit, & opiniones excitare voluit,
se ipsum ligavit, ut statim sine hæsitatione pro Obedientia
tali quæsito responsum affirmativum adhiberet, nihilominus
tamen negativum adstruit.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Conclusion primera: Las Provincias Descal-
cas no deben admitir el Canto Llano, aunque se
lo mande el Reverendissimo.

ENUCLEATIO.

9. **T**alis autem responsio quæsito minimè respondet; nam
dum inquiritur: An Provinciae Discalceatorum vir-
tute mandati ex Oraculo Papæ editi debeant Cantum Gre-
gorianum admittere: extra Chorum saltat, qui respondet,
ad illum accipendum Cantum non teneri, etiam si hoc in-
jungat Prælatus Generalis: Cum haec sit alia quæstio, quæ
proposita non invenitur. Attamen quia assertum quomodo-
cumque adhibetur, falsitatem includit, contra illud insurge-
re necesse est.

10. Hoc itaque pacto assertum ponere, idem est, ac

6.

dicere, quod Discalceatorum Provinciae in praesenti materia non tenentur obedire Generali Ministro Ordinis Minorum. Ad cuius falsitatem dignoscendam sufficit litteram nostram Seraphicam Regulam percurrire. In ipsa namque cap. 1. dicitur: *Regula, & vita Fratrum Minorum hæc est, Sanctissimi Domini nostri Iesu Christi Sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Fr. Franciscus promittit obedientiam, & reverentiam Domino Papa Honorio, ac Successoribus ejus Canonici intrantibus, & Ecclesia Romane. Et alij Fratres teneantur Fratri Francisco, & ejus Successoribus obedire.* Deinde cap. 8. habetur: *Universi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & Servum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire.* Et tandem cap. 10. ita injungitur: *Fratres, qui sunt Ministeri, & servi aliorum Fratrum visitent, & moneant Fratres suos, humiliter, & charitativè corrigan eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegarunt, proprias voluntates. Unde firmiter præceptio eis, ut obediant suis Ministeriis in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt contraria animæ, & Regula nostræ. Quæ præcepta pro dignitate expenduntur in Statutis Generalibus Toletanis anno 1633. pro utraque Familia, tit. de Obedientia, & reverentia, &c. Et in Romanis 1688. pro nostra Familia Cismontana, num. 10. & 11.*

11.: Ex litera igitur nostram Regulam profectò constat veritas istius propositionis: Universi Fratres Minores ex vi Regulæ tenentur obedire suo Generali Ministro in omnibus, quæ non sunt contra animam, aut Regulam. Unde necessariò esse debet falsa quæcumque propositio, quæ illi sit contradictoria, qualis est ista: Aliqui Fratres Minores, nempè Discalceati, non tenentur obedire suo Generali Ministro in quadam re, quæ non est contra animam, & Regulam, ac proinde necessariò falsa est illa propositio in præfata conclusione inclusa, nempè, quod Fratres Discalceati non teneantur obedire suo Generali Ministro præcipienti, ut ipsi Cantum Gregorianum admittant; cum hujus præcepti materia nec sit contra Regulam, nec contra animam, imò juxta Regulam censeri deberet.

Vc-

12. Veritas autem illius universalis propositionis ; scilicet , quod omnes Fratres Minores tenentur obedire suo Generali Ministero in omnibus ijs , que non sunt contra animam , & Regulam , adhuc patet ex doctrina D. Bonaventuræ in Exposit. Regul. ad cap. 1. vbi ait : Sublimior est obedientia Monachorum , quam Secularium Clericorum , ut patet Extra de Officio Ordinarij 5. Monachorum obedientia dnobus constringitur : primò quia per obedientiam vovent , salva stabilitate ad locum : Secundò quia ad nihil obediere tenentur , quod Regulam suam transcendere demonstratur . Altior est ergo obedientia illorum , qui nullum habent in hoc mundo loci sui proprium , quo sua obedientia restringatur . Item altior est illorum obedientia , quorum altior est Regula , ex qua tenentur ejusdem Regula Professores nihil respuere , nisi sit ipsi Regulae contrarium , vel salutis directè , vel aliqualiter . Illi ergo soli abnegationis contraria secundò modo dicte , gradus attingunt perfectè , qui in omnibus , etiam indifferentibus , subsunt beneplacitis alienis , qui nullum habent patrocinium loci stabilitatis , vel Regionis , ad quam eorum obedientia contrabatur , qui nihil sibi obedientialiter impositum posint repellere , quasi transcendens suam Regulam , nisi vergat in sue animæ detrimentum .

13. Consonat Venerabilis Hugo de Dina , in 10. Reg. dicens : Perfectam autem hanc , et creditur , obedientie legem maximus perfectionis amator B. Franciscus in Spiritus fere ore instituit , ut scilicet Fratres non solem in ijs , que promiserunt Domino observare , sed etiam in omnibus , que non sunt contraria animæ , Regule obediant : Hos duos obedientie limites tantum ponens . Sancte contra animam , Regulam nec Prelati habent praepere , nec Subditi obediere : Hostanturi obedientie limites speciales videtur intendere , dum sub his tantum , hic Subditos in obediendo , superius Prelatos in precipiendo conclusit dicens : Non præcipientes eis aliquid , quod sit contra animam suam , Regulam nostram . Ecce obedientia à Fratribus Minoribus suis Prelatis præstari debita in illo excellentissimo gradu perfectionis est constituta , ut nullam aliam exceptionem admittat , nisi quod animæ adversatur , vel Regula ; ita ut nullum mandatum à Superioribus impositum possint repellere , nisi vel opponatur Regula , vel in suæ animæ vergat detrimentum .

Cum

8.

14. Cum ergo mandatum de Cantu Plano, exēcendo nec Regulæ opponatur, nec vergat in detrimentum animæ, hinc est quod Fratres Minores Discalceati illud à Generali Ministro impositum repellere non valent, sed tenentur statim obēdīre, vt suæ Regulæ præcepto pareant. Assumptum constat; nam Cantus Ecclesiasticus dici non valet esse in animæ præjudicium, quia vt docet Suarez, *de Ratiōne tom. 2. de Orat. lib. 4. cap. 7. num. 9. de fide est, sanctissimam esse consuetudinem, vt Hora Canonica, cum Cantu, & Psalmodia in Ecclesia dicantur, prout consuetudo, & Sanctæ Ecclesiæ traditio, & institutio satis confirmat: Unde ejus probitas, & utilitas communi praxi est comprobata. Nec esse contra Regulam convinci potest, siquidem in Statutis Generalibus Ordinis ejus exercitium imponitur, quod ita non fieret, si vel contra Regulam, vel in animæ detrimentum iret mandatum de Cantu Gregoriano exhibendo: Unde Discalcedatorum Provinciæ illud licet respuerè non poslunt.*

15. Loquimur tamen in opinione aliorum, qui Minoriticam obēdientiam aequalē volunt esse obēdientiæ, quæ in alijs Religionibus reperitur. De hac quidem communī obēdientiæ apud Regulares ait D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 5. ad fin. *Religiōsi obēdientiam profertur, quantum ad Regularem conversationem, secundum quam suis Prælatis subdantur, & ideo quantum ad illa sola obēdīre tenentur, que possunt ad Regularem conversationem pertinere. Et hæc est obēdientia sufficiens ad salutem. Quare communiter summis censem, quod Religiōsi tenentur obēdīre suis Prælatis in omnibus ijs, quæ pertinent, vel pertinere poslunt ad communem vitam, & Regularem observantiā, prout habet Miranda in Exposit. Reg. cap. 102.*

16. Hujusmodi esse mandatum de Cantu Plano non solum constat ex eo, quod & in alijs Religionibus prævalet obligatio ad obēdiendum in hæc materia, quæ quidem pertinet ad Regularem conversationem; verum etiam ex speciali præcepto nostræ Regulæ, in cuius cap. 3. sic imponitur: *Clerici faciant Divinum Officium secundum ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ. Ubi exponit D. Bonaventura: Quod Officium fuit in majori parte à S. Gregorio, & alijs Sanctis institutum. Ratione autem istius præcepti pertinet ad perfectionem Regulæ ob-*

obseruavitam exercitum Canticus Ecclesiasticus, talis quidem Canticus est de ordine Sanctæ Romanae Ecclesie; & licet non spectet ad Divini Officij substantiam, & coordinationem, est tamen ejus modus accidentalis à Sancta Romana Ecclesia ordinatus, ut cum tale Officium in Choro decantandum sit, perfectiori modo Laudes Divinæ compleantur: quare ut infra *sect. 13. d' num. 6.* patebit, ad Regulam nostram pertinet, quod in Choro, dum Canticus adhibetur, Divinum Officium cum Cantu Gregoriano persolvatur.

17. Unde stando in terminis communis obedientiarum apud Regulares in praxi habitæ in cunctis Religionibus, Canticus Ecclesiasticus est materia, circa quam versari potest Superiorum mandatum, & inferiorum obligatio ad executionem; siquidem Regulam non transcendent, imo potius juxta illam expenditur, & completur. Plus quidem Regulæ adhaerent, qui Cantu Plano, & Firme vtuntur, quam Provinciae, quæ alios sibi canendi modos excogitarunt, nam Canticus Gregorianus, ut dictum est, habetur ex ordine Sanctæ Romanae Ecclesie, atque est modus ab ipsa Sancta Ecclesia institutus ad Divina Officia uniformiter persolvenda. Sic ergo facientes Divinum Officium, illud quoad modum majori integritate compleant juxta tenorem Regulæ, quam illi, qui hunc statutum modum negligentes, eo secluso, alium sibi specialem modum compararunt. Unde Joannes Rousserius, *de Stat. & Orig. Ordin. cap. 3. q. 5.* Luengo in 3. *Regul. controv. 8. sett. 5. num. 33.* cum alijs antiquis Expositoribus assertunt, quod Canticus cum Nota intentioni nostræ Regulæ conformior est, quam Canticus sine illa.

18. Nec me latet communis Expositorum doctrina, nempe, quod Praelati præcipere non possunt contra Ordinis Statuta; attamen, & ipsi Expositores hanc doctrinam limitant ad Statuta illa, quæ ordinantur ad priorem Regulæ Observantiam, ita Hugo de Dina, *in cap. 3. Regul. Exposit. quatuor Magistr. cap. 10. Corduva sup. Regul. cap. 10. quaest. 2. punct. 2. Miranda, in Regul. q. 102. Fr. Leander de Murcia, cap. 3. in 10. Regul. num. 4. Peyrinis, tom. 1. de Subdit. cap. 6. & communiter Doctores.* Cum ergo mandatum de exhibendo Cantu Plano non sit contra aliquid ordinatum ad priorem Regulæ Observantiam, sed potius ipse Canticus Ecclesiasticus sit

19.

sit perfectior modus observandi Regulae præceptum de Officio Divino persolvendo, hinc est, quod licet una, vel alia Discalceatorum Provincia inter sua Statuta habeat exclusiōrem talis Cantus Ecclesiastici, praterquam quod hujusmodi statutum validum esse non potest, prout infra, dum de hac re perractetur, patebit, adhuc tenet mandatum, & ligat Subditos ad parendum: plus quidem ponderat Regulae stricta, & rigorosa Observantia, quam vnius, vel alterius singularis, & voluntarij statuti permanentia.

19.

Deinde in ijs omnibus, etiam contentis in Regula, in quibus dispensare possunt Superiores, si præcepta imponant, tenentur inferiores ad obsequendum, prout communiter assertunt Doctores: Unde etiam si contra statutum aliquius Discalceatorum Provinciarum sit Cantus Gregorianus, cum ex rationabili causa possit in tali Statuto, & alijs similibus dispensare Praelatus Generalis, potest etiam mandata imponere pro Cantu Plano exercendo, & consequenter inferiores Discalceati obtemperare debent.

20.

Manet igitur ex dictis, quod Cantus Gregorianus nec vergit in anima detrimentum, nec Regulae nostræ adversatur, sed potius ad illius complementum saltim modaliter pertinet; & cum Fratres Minores teneantur obedire suis Praetatis, saltim in ijs, quæ ad Regularem Observantiam, & communem vitam, & Monasticam conversationem spectant, in hac materia Cantus Gregoriani exhibendi, omnino subiecti Discalceati jurisdictioni Ministri Generalis, cuius mandato obtemperare debent. Ex quo etiam patet falsitas illius primæ Conclusionis in praefata Scriptura appositæ, sed ad ejus probationum examen deveniamus.

S E C T I O N I I .
CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ PRO DISCALCEATI
tis, quæ eorum obedientiam concernere queunt, expenduntur.
SCRIPTUM ANONYMUM.

La prueba fundamental de esta Conclusion
es esta: Las Provincias Descalzas no están
obligadas á los mandatos de los Ministros
Generales, quando tales mandatos directa, o
indirectamente se oponen á su Reforma, o
Mu-

Municipales Leyes; el Canto Llano, ó Gregoriano se opone directamente à la Reforma de las Provincias Descalças, y à sus Leyes Municipales: Luégo no están obligadas las dichas Provincias á admitir el Canto Llano, ó Gregoriano.

ENUCLEATIO.

I. E'cce totum fundamentum assertionis illius, quæ & obedientiam Discalceatorum retardat, & Prælatorum Generalium limitat jurisdictionem; attamen syllogismus iste utroque pede claudicās, quia ejus utraque præmissa nulla firmatur veritate, omnino evertitur, & fundamentum cum fundato misserrimè ruit: ad ejus tamen probationes differendas procedamus.

SCRIPTUM ANONYMUM.

La mayor parte de este syllogismo es Decreto expuesto de muchos Summos Pontifices, con penas gravíssimas á los Ministros Generales, q intentaren lo contrario. Urbano VIII. en su Bulla, *Aliás profalici māda:* ** Quodq præfatae Provinciae, & Custodiæ dictorum Fratrum Discalceatorum nunc, & pro tempore bernatis, existentes in eisdem Hispaniarum, & Indiatū tom. 2. lib. partibus, per sua propria Statuta, Ordinaciones, & leges Gubernentur, absque eo, quod Generalibus totius Ordinis Statutis, & consuetudinibus subjaceant. * El mismo Pontifice en su Bulla Cum ea: ** Nec ad specialia corūdē Superiorū mādata, quæ Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provinciæ judicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum Reformationi, aut commodo dissidente teneantur. * Clemente VIII. en su Bulla *Dadum*, confirmando las Apostolicas Letras del Señor Gregorio XIII. *** Nec eorum Fratrum Discalceatorum vivendum, aut rigorem strictæ corum obser-

125

vantia , habitus vilitatem , ac pauperitatem
contemnere , immutare , seu retractare , aut
in eis aliquid innovare , seu attentare præsum-
mant . * Urbano VIII . en su Bulla , que em-
pieza , Altas Nos , dirigidas à la Santa Provin-
cia de San Gabriel : *Per ea dicta Provincia ,*

Ibid . fol .

321 .

*& illius Fratres Discalceati hujusmodi guber-
nentur absque eo , quod Generalibus ipsius Or-
dinis , aut alijs Statutis , & consuetudinibus
subjaceant ; sed ijs dumtaxat , quæ ab ipissi
congregatis , & Diffinitorio edentur , subsunt .*

ENUCLEATIO.

2. CETERUM quorsum haec , si in prædicto mandato Supe-
riores Generales nec absolutè imperant ex Generali-
bus Ordinis Statutis , nec omnino ex propria authoritate , sed
principiè ex mente , & Oraculo SS. D. N. Benedicti XIII. ita
præcipientis ? Numquid per adducta Privilegia prohibetur
Summus Pontifex præcipere per se , vel per alios Discalceato-
rum Provincijs ita , vt obedire teneantur ? Nullus sane hoc
asserere audebit . Si ergo tale mandatum ex mente Sedis
Apostolicae prodijt , ad quid congregantur testimonia , quæ
hunc casum minime concernant ? Fortè Scriptor iste illa ,
adhuc extra rem , commemorat , vt sua fretus eruditione obe-
dientiam Discalceatorum Superioribus debitam ad contro-
versiam trahat , & jurisdictionem Praelatorum non ita exten-
sam , vt in se est , ostendere præsumat , attamen fortassis eorum
authoritatis omnimoda integritas , & Discalceatorum obliga-
tio ad obsequendum ex congregatis in hoc scripto apparebit .

3. Ante alia expendenda , oportet , naturam Apostolicarum
constitutionum , quibus Discalceatorum Provinciæ muniun-
tur ad suum commodius regimem conservandum , & Regu-
larem Observantiam retinendam strictiori modo induciam ,
exprimere . Quia enim dispositiones , quæ ad hunc effectum
à Sede Apostolica emanarunt , vocari solent Privilegia Dis-
calceatorum ; ne quis putare valeat , quod ex hujusmodi Pri-
vilegijs , Discalceatis aliqua resultat in Regula dispensatio ,
vel quoad obedientiam , vel quoad alterius alicujus Regula-
ris præcepti observantiam , necessum est , qualitatum talium
Privilegiorum præfetti intelligentiam . Et

135

4. Et in primis suppono, quod Discalceatorum Provinciarum, sicut nec alia corporis observantiae, nullam talem dispensationem habent, sed omnino degunt in integra, ac puriori Regulæ Observantia. Quare Urbanus Octavus post plurima indulta Discalceatis ab ipso concessa, & alia antiquiora pro illis ab eodem confirmata, ita declaravit in Bulla, *Cum sicut 20. Aprilis 1644. dicens: *** Declaramus, quod omnes, & singuli Fratres Reformati Discalceati primò dicti Ordinis S. Francisci omnium, & singularium illius Provinciarum, & Custodiarum, nunc & pro tempore existentium, & futurum in Regnis Hispaniarum, & partibus Indianorum semper habeantur, & teneantur, haberique, teneri, & reputari debant pro veris Sancti Francisci Filiis, vti sunt toto cum rigore, & puritate, quam profitentur Regulam observantes, &c.* Nec latè potuerunt Urbanum Octavum illa plurima Privilegia, quæ ipse Discalceatis antea concesserat, & confirmaverat; nihilominus tamen hanc edidit declarationem pro rigore, & puritate, quibus Discalceati Regulam Seraphicam observant: ex quo aperte deducitur nullam in Regula dispensationem ex talibus Privilegijs Discalceatis resultare.

5. Adhuc vberius rem expendit Innocentius Undecimus in sua Constitutione, *Solicitude Pastoralis 20. Novembris 1679.* Confirmata, & declarata ab Innocentio Duodecimo in Bulla, *Alias, 2. Julij 1695. dicens: *** Cum itaque (sicut accepimus) in pluribus Capitulis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & novissimè in Vallisoletano, quod anno 1670. celebratum fuit, declaratum, & protestatum fuerit, in nullo Regule corundem Fratrum Minorum præcepto catenus cum Fratribus Minoribus de corpore Observantie, sive Observantes, sive Reformati, sive Discalceati, sive Recollecti dicantur, dispensatum fuisse, nec ipsum Observantie corpus ullam unquam admississe, vel admittere dispensationem in Regula, sed potius velle pro virtibus, Divino favente auxilio, illam pure observare, juxta Summorum Pontificum declarationes à Fratribus Observantibus in suis Statutis Generalibus compilatis pro Cismontanis anno 1663. & pro Ultramontanis anno 1621. & à Reformatis, Discalceatis, & Recollectis in suis particularibus Constitutionibus respective admissas, & receptas, Nos pro majori hujus

14.

protestationis firmitate , & vt in Ordine p̄dicto Status , & Regulæ Fratrum Minorum purè obseruetur , singulisque Fratribus prætextus eam transgrediendi p̄cludatur , eamdem protestationem , & declarationem supra expressam harum serìe Authoritate Apostolica approbantes , & confirmantes , &c. * Noster igitur Ordo nec in toto ejus corpore , nec in ejus aliquo membro dispensatus est in vlo aliquo Regulæ p̄cepto , nec quoad totum , nec quoad partem , siquidem nulla talis dispensatio in Ordine existit : Unde nullam hujusmodi dispensationem inducunt Privilegia Discalceatorum Provincijs à Sede Apostolica concessa , sicut nec alia similia Privilegia , quibus gaudent alia Ordinis Reformationes , & Nationes , imo & aliquæ Regularis Observantiae Provinciae .

6. Pro quo advertendum est , quod Privilegium , cum sit jus privatum , vel potest esse juris communis relaxativum , vel è converso restrictivum , aut corroborativum ; quare non omnia Privilegia dispensationem inducunt quoad legem communem , sed solum illa , quæ relaxativa sunt ; restrictiva autem , aut corroborativa nullo modo dici queunt , quod adducant dispensationem ; siquidem vel legis observantiam confirmant , vel strictriori modo eam ostendunt . Iстius autem naturæ sunt dispositiones omnes , quæ reperiuntur in Constitutionibus Apostolicis pro feliciori gubernio Discalceatorum à Sede Apostolica emanatis , nam ex omnes tendunt ad hoc , quod in eorum Provincijs Regula Fratrum Minorum strictriori modo obseruetur , prout eas consideranti patebit , & forte ad calcem istius Scripti aliqua mentio de illis fiet : Unde adhuc Discalceatorum Privilegijs stantibus , nulla illis advenit in Regula dispensatio ; nam talia Privilegia non sunt relaxativa , nec dispensativa Regulæ , sed potius corroborativa , & restrictiva , ita , vt omni latitudine exclusa , strictriori modo ipsa Regula apud Discalceatos obseruetur .

7. Hinc oritur , quod per tales Apostolicas Constitutiones in nullo minuatur jurisdictione Prælatorum Generalium quoad Provincias Discalceatorum Ordinis ; nam cum talis jurisdictione in Regula limites habeat , nempe quod præcipere non possint Superiores contra animā , aut Regulam , & omnes prefatae dispositiones expressè in illis Constitutionibus Apostolicis sint ordinatæ à Sede Apostolica ad majorem , & strictriorim

Re-

Regulae Observantiam, inde est, quod omnes illae ordinatio-
nes ibidem expressae pertinent ad Regulam, sicut quoad mo-
dum illam strictiori pacto observandi, & ideo comprehen-
duntur in illa exceptione, scilicet quod mandata Praelatorum
contra Regulam imponi non possint, nec ad ea subditi tenean-
tur. Quare adhuc stantibus Discalceatorum Privilegijs Prae-
latorum Generalium jurisdictione quoad ipsos solum limitatur
illis duabus exceptionibus in Regula expressis; unde rema-
net integra, prout in Regula exhibetur,

8. Cæterum allata procedunt de ijs tantum dispositioni-
bus, quæ expressè habentur in predictis Constitutionibus
Apostolicis, in quibus illa statuta, & non alia etiam similia,
quæ ibi non exprimuntur, à Sede Apostolica ordinantur ad
puriorem Regulæ apud Discalceatos Observantiam. Hoc
quidem in ipsis Constitutionibus Apostolicis expressum habe-
turs; nam in Bulla Gregorij XIII. *Ad hoc nos Deus, 12. Nobem-
bris 1577.* Sic dicitur: *Volentes nibilominus, ut salvis supradi-
ctis, in reliquis dicti Fratres Discalceati subjecti remaneant ju-
risdictioni, Visitationi, & Correctioni Ministri eorumdem Fra-
trum de Observantia Generalis, &c.* Et hoc ipsum, atque cœ-
dem ferè verbis exprimitur in Bulla Urbani Octavi. *Alias
postquam, 30. Julij 1642.* Cum enim solum expressa in Con-
stitutionibus Apostolicis, in illis ordinantur pro Discalceatis
à Sede Apostolica ad majorem pro illius Regule observantia;
solum etiam tales expressæ dispositiones & non aliæ per alla-
tas Constitutiones adducuntur ad exceptionem illam, quæ
in Regula continetur quoad Praelatorum jurisdictionem. Un-
de alia quæ ad ipsam ex altero Capite non pertinent, exclusa
habentur, quare includuntur intra spheram jurisdictionis Pre-
latorum Generalium quoad Discalceatos ita, ut circa ea pos-
sint sua exhibere mandata, & Discalceati teneantur obedire.

9. Unde si exclusio Catus Gregoriani ex Choris Discalceato-
rum esset quid expressè ordinatum à Sede Apostolica in aliqua
ex predictis Constitutionibus ad puriorem, & strictiorem Re-
gule pro ipsis Observantiam, in hoc casu Praelati Generales
propria autoritate non possent afferre mandatum, quod Dis-
calceatos obligaret ad talem Cantum Gregorianum exercen-
dum: In tali namque suppositione illa exclusio Cantus Gre-
goriani pro Discalceatis à Sede Apostolica Ordinata, esset
Or-

.16.

Ordo quoad ipsos Sanctæ Romanæ Ecclesie ad Divinum Officium persolvendum s; ac proinde, integrè adhibita illa exclusione complecent Regulæ præceptum de faciendo Officio Divino secundum Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesie. Quod etiam censeri possit, si Discalceatorum Provinciæ haberent Statuta à Sede Apostolica in specie approbata, in quibus allata Cantus Gregoriani exclusio firmaretur. Cum autem Discalceatorum Provinciæ hujusmodi Statuta non habeant, nec præfata excludit in prædictis Constitutionibus Apostolicis exprimatur, nullum est, quod illis suffragari possit ad non obsequendum mandato Prælatorum Generalium de Cantu Plano exhibendo, in illo quidem Superior Generalis, etiam si solum ex propria authoritate præciperet, vteretur sua absolute jurisdictione, quæ ex nulla exceptione invenitur limitata.

10. Similiter in nulla ex prædictis Constitutionibus Apostolicis pro Discalceatis à Sancta Sede emanatis inveniunt expressa illa Scriptoris absoluta propositio, nempè, quod Discalceatorum Provinciæ non tenentur mandatis Ministriorum Generalium, quando hujusmodi mandata directè, vel indirectè opponuntur suæ Reformationi, aut Municipalibus legibus, ita, vt confidenter audeat dicere, talem propositiōnem esse Decretum expressum multorum Pontificum; nec quid tale habetur expressum in aliquo ex testimonij, quæ ad probationem adducit Scriptor, prout recensenti patebit, & amplius infra constabit, dum ipsa luculentius expendantur.

11. Verum est, quod absolutè loquendo Prælati Generales mandata nequeunt imponere contra Discalceatorum Reformationem in ijs, quæ expræsse in Constitutionibus Apostolicis continentur; nec contra sua Municipalia Statuta in illis, quæ arctiora sunt Generalibus Ordinis Statutis, & pertinent ad strictiorem, & puriorem Regulæ observantiam, cæterum circa alia, quæ talis naturæ non sunt, vnde habent Prælati Generales eam prohibitionem, vt non possint, cum eis expedire videatur, imponere mandata, quæ adhuc sint contra Reformationem, aut Municipales leges?

12. Deinde accidere possunt plures particulares eventus, in quibus illæ circumstantiæ occurrant, quibus licet inferioribus dispensare in Superiorum legibus, & in his terminis du-

77.

dubium non est, quod Prælati Generales possunt dispensare in ijs, quæ sunt expressa in prædictis Constitutionibus Apostolicis, ac etiam in Municipalibus legibus Provinciarum; cum ergo in his casibus, in quibus Prælati licet dispensatio, etiam eis permisum est mandata imponere, adhuc circa ea, quæ in Regula continentur, prout passim ejus Expositores proclamant; hinc est, quod in quibusdam eventibus adhuc contra Reformationem, & Statuta Municipalia Discalceatorum, etiam in ijs, quæ continentur expresse in præfatis Constitutionibus Apostolicis possunt Prælati Generales sua exhibere mandata, & Discalceati tenentur obedire. Unde omnino falsa est illa yniversalis propositio absolute prolatæ, nemper: quod Discalceatorum Provinciae non tenentur ad mandata Ministeriorum Generalium, quando ipsa directè, vel indirectè opponuntur suæ Reformationi, aut Municipalibus legibus, sicut etiam est falsum, quod talis propositio sit expressum Decretum multorum Pontificum; ad adducta quidem à Scriptore hujusmodi testimonia examinanda jam deuenio.

13. Ad quod notati debet, quod Scriptor in relatione earum Constitutionum, quæ commemorat, nec servat ordinem temporum, quibus fuerunt expeditæ, nec Clausulas integras transcribit, sed valde truncatas, & diminutas, ita, ut aliquo, vel obscuro colore suum intentum appareat. Ut autem veritas omnino innotescat, & temporum seriem, & clausularum integritatem dare, necessum est.

14. Gregorius XIII. pro Provincia S. Joseph quamdam attulit Constitutionem, *Ad hoc Nos Deus 13. Novembris 1577.* quam pro eadem Provincia confirmavit Clemens Octavus in Bulla, *Dudum 25. Martij 1592.* & pro Provincia Mexicana S. Didaci Paulus Quintus in alia Bulla, *Dudum, 9. Aprilis 1618.* In hac Constitutione Gregoriana prohibetur innovatio circa modum vivendi Discalceatorum, quoad rigorem strictæ observantiae, Habitus vilitatem, & paupertatem; hoc autem testimonium, si bene perpendatur, non est ad rem; nam nunc non est quæstio de modo vivendi, sed de modo cantandi, qui modi valde diversificantur; & diverse sunt Regulæ ad bene vivendum ab illis, quæ dantur ad bene, & ritè cantandum, prout dicam infra, *scilicet 13. num. 12.* Cum ergo præsata constitutio differat de vivendi modo, non autem

de

18.

de rite cantandi regulis, non bene trahitur ad modum cantandi: ex quo satis eslet exclusum hoc testimonium, nihilominus tamen ejus clausulas cum vera intelligentia exprimendas assumo.

15. In praesata igitur Gregoriana Constitutione sic habetur:
** Ad hoc Nos Deus, licet immeritos, Militantis Ecclesiæ regimini prætulit, vt quid enique conveniat, necessariumque sit, & opportunum provideamus: & præserrim dilectis filijs Professoribus Ordinis Fratrum Minorum, Discalceatis nuncupatis Provinciæ S. Josephi in Regnis Hispaniarum, quos tanto rerum Cælestium, & Æternarum studio allectos esse intelligimus, ut pro sempiterna earum fruitione quamlibet vita austeriori voluntati, libertèque amplectantur, vt ab externis curis, & molestijs, quibus ab instituto, & præscripto suæ Regulae distrahi possunt, liberati, illis soluti liberiori bona Cælestia, & Æterna, contemplandi, & consequendi facultatem habeant. Ad alios itaque nostras Fratres prædicti Discalceati nuncupati nonnullas quæsimonias perduxerunt, quibus se quamplurimis molestijs, ac perturbationibus à dilectis filijs Fratribus S. Francisci de Observantia nuncupatis non parum sub minime justis prætextibus vexari concreabantur: eapropter Nos illorum quieti, & indemnitati consulerè volentes Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum negotium hujusmodi audiendum, & cognoscendum commisimus, coram quibus re diu, ac mature discussa, ijsdē Fratribus Discalceatis ex vna, & Procuratore Generali prædictorum Fratrum de Observantia partibus ex altera semel, ac pluries auditis, habita super hoc matura deliberatione de eorumdem Cardinalium consilio, Congregationem, sive vt vocant Provinciam S. Josephi prædictam jam pridem in dictis Regnis erectam, & ordinatam, ac laudabilia instituta eorundem Fratrum Discalceatorum cum omnibus, & singulis eorum Custodijs, domibus, seu Monasterijs, & locis, quæ nunc obtinent, & in posterum obtinebunt præsentibus, & futuris temporibus, Apostolica Authoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, præcipientes in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommuni-

nicationis latae sententiæ, & alijs arbitrio infra scriptorum Ju-
dicum infligendis censuris, & peccatis, Generali, & alijs Minis-
tris, Commissarijs, Provincialibus, Diffinitoribus, Vicarijs,
Custodibus, & Guardianis, nunc & pro tempore existentibus
dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupato-
rum, ac illorum proximè, & alijs in futurum celebrandis
Capitulis, & personis in eo congregandis; neconon omnibus,
& singulis alijs, quacumque dignitate, autoritate, & potes-
tate fungentibus, ne Provinciam, Custodias, Monasteria, seu
domos, ac loca prædicta vllatenus directè, vel indirectè, seu
quovis quæsito colore, vel ingenio dismembrare, aut sepa-
re, seu dismembrari, vel separari, aut alias quomodolibet
inquietare, vel molestare audeant, seu permittant, nec co-
rundem Fratrum Discalceatorum vivendi modum, aut rigo-
rem stricte eorum observantia, Habitus vilitatem, ac pau-
pertatem contemnere, immutare, seu retractare, aut in eis
aliquid innovare, seu attentare præsumant; quin imò Gene-
ralis Minister, Commissarij, & alij prædicti Fratribus dictæ
Provinciæ S. Josephi, ac eorum Custodijs, domibus, Monas-
terijs, seu locis, quibus poterunt modis, auxilium, consi-
lium, & favorem præstent. Et deinde quibusdam alijs, quæ ad
præsens non pertinent institutum, interjectis, subditur: Volentes
nihilominus, ut salvis supradictis, in reliquis dicti Fratres Dis-
calceati subjecti remaneat jurisdictioni, visitationi, & corre-
ctioni Ministri eorumdem Fratrum de Observantia Genera-
lis, adeoque quod ipse Minister per se ipsum, vel alium, seu
alios ejutdem Ordinis Discalceatorum tantum, possit eosdem
Frates Discalceatos corriger, visitare, ac in eosdem juris-
dictionem exercere.* Hæ, prout jacent sunt Clausulæ prædi-
etæ Constitutionis Gregorianæ, quæ præsentem quæstionem
concernere queunt.

16. In hac quidem Constitutione, ut ejus decisio inno-
tescat, considerandæ sunt causæ, ex quibus ipsa decisio ema-
navit. Duæ sane ibidem causæ describuntur, una impulsiva,
& motiva alia. Hæc includitur in verbis illis in exordio ap-
positis nempe: *Quos tanto rerum cœlestium, O' aeternarum stu-
dio allectos esse intelligimus, ut pro sempiterna earum fruitione
quamlibet vita austeriori voluntariè, libenterque amplectan-
tur, ut ab externis caris, O' molestijs, quibus ab instituto, O'*
C
præ-

20.

præscripto suæ Regule distrahi possunt, liberati, illis soluti libe-
riorem bona cœlestia, & aeterna contemplandi, & consequendi
facultatem habeant. Causa verò impulsiva invenitur in sequen-
ti clausula: *Ad aures itaque nostras Fratres prædicti Discalceati*
nuncupati nonnullas querimonias perduxerunt, &c.

17. Causa igitur finalis, & motiva istius Apostolicae Con-
stitutionis est, quod Fratres Discalceati liberi ab externis curi-
s, & molestijs, quibus distrahi poscent ab instituto, & præ-
scripto suæ Regulæ, haberent liberiorem facultatem contem-
plandi, & consequendi bona aeterna, & cœlestia. Causa verò
impulsiva fuit, quod prædicti Fratres ad Sedem Apostolicam
quasdam querimonias adduxerunt de eo, quod iplis prohibe-
retur talis libertas, ad quam retinendam, expedita fuit Con-
stitutionis decisio.

18. Quod autem tales causæ hujusmodi sint, patet in sen-
tentia apud Doctores recepta nempe, quod causa finalis, seu
motiva illa dicitur, quæ principaliter in agendo ab agente
consideratur, seu principaliter movet ad actum exhibendum,
& sine qua actus non fieret; impulsiva verò causa est illa, quæ
moveat, & incitat ad exequendum actum prout ex multis con-
gestis assert Barbosa, tom. Variar. tract. Axiomat. Jur. axio-
mat. 40. n. 7. qui n. 9. etiam docet, finalem causam talem
esset, etiam si habeatur in procœmio, seu exordio Privilegij,
aut Statuti.

19. Hujusmodi se habere causas supra assignatas, inne-
gabile est, nam finis principaliter intentus à Summo Pontifice
in allata Constitutione dignoscitur esse, quod Fratres Discal-
ceati sint immunes ab externis curis, & molestijs. ita, ut pos-
sint ampliori libertate, instituto, & præscripto suæ Regula si-
ne vila distractione deseruire, & hoc pacto contemplari, &
consequi bona aeterna. Si enim istius non adstaret causæ con-
sideratio, Papa non ederet talem Constitutionem, prout ibi-
dem satis exprimitur sc̄aterum ad hoc ut de facto exiret, com-
pulit querellarum exppositio: unde hæc causa impulsiva ha-
betur, & illa finalis, principalis, & motiva.

20. Hinc est, quod licet tales querimoniae non supersint,
non ideo cessat præfatae Constitutionis dispositio: nam talis
naturæ est causa impulsiva, ut etiam illa cessante, non inde-
cessare videatur lex, dispositio, statutum, privilegium, aut vo-
rum,

21.

tum, cuius fuit talis causa, prout docent communiter Summi-
sta; cæterū cessante causa finali adequata, cessat omnino sius
effectus, nempe lex, statutum, constitutio, &c. prout fert con-
fensus Theologorum. Quoad prædictam sancit Constitutio-
nem certum est quod cessavit, immo extincta fuit causa impul-
siva; permanet tamen causa finalis; nam ille finis a Papa in-
tentus in suo robore subsistit, prout ex se patet; unde præ-
dicta constitutio existit in omni sua vi, & integro vigore.

21. Hoc supposito, communiter docent Canonistæ, quod
legis, seu statuti proœmium denotat causam finalem, &
intentionem Legislatoris, ac Statuentis; quare ex proœmio col-
ligitur mens, & intentio illius, atque ratio finalis Statuti. Dein-
de proœmium declarat animum proferentis, atque decisionem ita,
ut dicta in præfationibus censeantur repetita in dis-
positione, quare ex præfatione dispositio declaratur, exten-
ditur, & limitatur, immo & tota dispositio regulatur a proœ-
mio: unde dici solet, quod sicut corpus ab anima, ita dis-
positio regulatur a proœmiali ratione, quam doctrinam ex plu-
rimis juribus, & Doctoribus adducunt Barbosa, tom. Variar.
tract. de Axiomat. Jur. axiomat. 192. Mandosius in Regul.
Cancellar. Regul. 15. q. 2. n. 2. Gonçalez, in Regul. 8. Cancellar.
§. 7. proœm. 122. O 192.

22. In præsentis autem Gregorianæ Constitutionis proœ-
mio causa finalis, intentio, & mens Summi Pontificis, quæ
exprimitur, est, quod Fratres Discalceati sint liberi, & expe-
diti ab externis curis, & molestijs ita, ut ab instituto, & præ-
scripto suæ Regule minimè distrahantur, & sic valeant bona
æterna contemplari, & consequi. Unde tota dispositio illius
constitutionis in cuius decisione talis finis repetitus censeri
debet, regulanda est per talem clausulam in proœmio appo-
sitam taliter, ut nihil aliud ordinatum sit indecisione, quam
quod cum proœmio adequatur.

23. Hinc est, quod clausula illa inventa in decisione:
Aut in eis aliquid innovare, seu attentare præsumant: regula-
ri debet per id, quod in istius Constitutionis proœmio poni-
tur tanquam causa finalis illius ita, ut taliter clausula illa in-
telligenda sit, quod Superiores Generales nihil in modo vi-
vendi Discalceatorum innovare præsumant, quod eos pos-
sit distrahere ab instituto, & præscripto suæ Regulæ. Unde

22.

per hanc clausulam non prohibentur Superiores Prælati innovare, aut immutare, quando talis innovatio , aut immutatio non tollit libertatem Discalceatorum, nec eos distrahit ab instituto,& præscripto suæ Regulæ ita, ut liberi,& expediti permaneant,& per hæc media æterna bona contemplari,& consequi possint; sed mandatum de Cantu Piano exercendo non solum non distrahit ab instituto , & præscripto Regulæ , sed potius conducit ad ejus perfectiorem Observantiam quoad præceptum de Divino Officio secundum Ordinem Santæ Romanae Ecclesiæ persolvendo : Ergo ex decisione istius Gregorianæ Constitutionis minimè valent impediri Prælati Generales ad præfatum, & similia mandata imponenda Discalceatis, nec isti deobligantur ab eorum executione.

24. Imo & hæc eadem intelligentia in ipsamet decisione exprimitur, in qua sic habetur : *Nec eorundem Fratrum Discalceatorum vivendi modum, aut rigorem strictam eorum Observantia, Habitus vilitatem, ac paupertatem contempnere, immutare, seu retractare, aut in eis aliquid innovare, seu attentare presumant.* Non quidem in cunctis prohibentur Generales Prælati pro Discalceatis innovare, sed solum in modo vivendi, nempe, stricta , & rigorosa eorum observantia, Habitus vilitate , & paupertate , quæ collata cuin expressis in principio niti aliud innunt, quam Regulæ puriorem , & strictiorum observantiam : Unde in alijs , que vel hanc non concernunt, vel ab ea non distrahunt, imo potius ex innovatione amplius ipsam promovent, liberum est ipsis Superioribus innovare, prout eis videbitur expedire.

25. Quod autem allata intelligentia, imo benignior adhiberi debeat præfatae Constitutioni,& ejus decisioni , amplius patet ex praxi valde nota in Discalceatorum Provincijs; nam in ipsa Constitutione talis facultas innovandi non solum prohibetur Prælati Generalibus , & alijs Superioribus in Provincijs Regularis Observantia constitutis , verum etiam , & omnibus, & singulis alijs quacumque dignitate, autoritate, & potestate fungentibus. Inter hos sane includi debere etiam in Prælatos Provinciarum Discalceatorum , innegabile est ; si quidem illa particula : *Omnibus , & singulis alijs omnes omnino Superioribus , etiam domesticos Provinciarum comprehendit , nullumque excludi patitur ; nihilominus tamen* Su-

Superiores talium Provinciarum cum suis Capitulis frequenter innovant quoad modum vivendi , rigo rem strictæ Observantiae , Habitus vilitatem , & paupertatem , dummodo Regularis Observantia stricto modo , licet non strictissimo , more antiquo , vigeat ; & multoties videmus de hac re mirabiles transformationes : Unde ipso experimento patet , quod allata , imo & suavior , ac benignior intelligentia præfatae Constitutionis Gregorianæ inter Discalceatos coalescit .

26. Hoc quidem assumptum , cum in facto consistat , non nisi probatione de facto demonstrari debet . Præsens namque Gregoriana constitutio fuit expedita die 12. Novembris anno 1577. quo tempore fortè vigebant in ipsa Provincia S. Joseph , & suis Custodijs Statuta à S. Petro de Alcantara pro illius gubernio edita in ipsius Capitulo Provinciali in Conventu del Pedroso celebrato anno 1561. die secunda Februarij , vel saltim aliae Constitutiones non longe inferiores in austerritate erant ad prædictam Provincia ; quales fuerint Ordinationes à S. Petro de Alcantara tunc statutæ , exprimunt Chronicæ , qui eas ex parte transcribunt . P. Fr. Joannes de Sancta Maria ejusdem Provincie S. Joseph in ejus Chronicæ 1. part. lib. 1. cap. 9. ita expendit . **

En este primer Capítulo Provincial el Santo Comisario , y sus Frayles con el zelo grande , que tenian de la Santa Pobreza , y de la mayor , y mas perfecta observancia de la Regla , queriendo ajustarse con ella en todo , y por todo , con autoridad del Comisario Apostolico , ordenaron sus Constituciones en orden a esto , que pondré aqui algunas por sus mismas palabras , y la traza , que dieron para fundar los Conventos , por ser de aquellos tiempos , y de Varones verdaderamente Apostolicos .

Primeramente se ordena , que en todas las Casas de nuestra Provincia se diga el Oficio Di-vino en tono bajo , igual , redondo , cortado , no quebrado , y bien pausado , y quando huiiere quatro Frayles , lo puedan entonar .

Item , en todo tiempo se tengan tres horas de Oracion Mental en Comunidad , y una de trabajo corporal ; y en todo el año se haga la Disciplina de Comunidad con sus Psalmos , Versos , y Oraciones acostumbradas , salvo los Domingos , y Fiestas de guardar .

Item ,

24.

Item, por quanto sabemos, que la guarda de nuestra Professión consiste principalmente en la guarda de la Santa Pobreza, y hemos visto, que como nuestra Religión fue cayendo de esta, fue cayendo assimismo la observancia de nuestra Santa Regla; por tanto se ordena, que todos los Frayles anden descalços, y vestidos de sayal grossero, y los Avitos no sean mas largos de hasta el tobillo, ni mas anchos de diez palmos, y las mangas no sean mas largas de hasta la primera coyuntura de las manos, ni tengan mas de vn gema à las bocas; y palmo, y medio à los ombros, y las nesgas no sean mas altas de quanto toquen à las mangas: y los m'ntillos no sean mas largos de quanto cubran los cabos de los dedos, tendido el brazo.

Item, se ordena, que no se demande para los Frayles sanos carne, ni pescado, ni vino, ni huevos, salvo las limosnas quotidianas, en las cuales no se demande cosa señalada, mas recibase lo que se ofrece, salvo perdizes, gallinas, y otras cosas semejantes, ni pescados preciosos. Ni se haga questa de alguna cosa, salvo de azeyte, ó legumbres para vn mes, ó dos, ó mas ciò parecer del Hermano Provincial, y Guardiá de la Casa, y de dos Frayles mas antiguos de ella; y no se haga fuerça à ningun Frayle sano, que coma carne, ó grossura, ó huevos, ó cosa de leche, en todo tiempo, si no las quisieren comer.

Item, todos los Frayles duerman sobre vna corchá, ó tabla, ó estera, ó pellejo sobre el suelo, salvo en las Casas humedas, que podrán alçar la cama del suelo vn palmo, los que quisieren; y los que no las quisieren levantar, no les puedan compeler los Prelados à ello. Y puedan tener vna manta de sayal los quattro meses del año, que son Março, Abril, Septiembre, y Octubre; y los quattro puedan tener dos, que son Noviembre, Diciembre, Enero, y Febrero: y los otros quattro, que son Mayo, Junio, Julio, y Agosto, no tengan ninguna.

Ordenamos, que los Frayles viejos sean muy bien tratados, y los enfermos muy bien curados, quanto sea possibile, sin notable distraccion, y servidos con gran diligencia, y charidad. Y ninguno, que no llevare la vida comun, tenga voz pasiva en tanto, que por espacio de medio año no la lle-

25-

llevare : y si despues sanare de su enfermedad , ó flaquezas de tal manera , que por espacio de otro medio año la llevate , torne à tener la voz passiva . Y dezimos , no llevar la vida comun , todo aquel , que tuviere necesidad de traer siempre qualquier genero de calçado , ó de tener colchón , ó almohada de lienço , ó manta frazada en la cama , ó que se le busque vino , ó carne , ó pescado , sino se ofreciere , ó de traer mas de dos ropas , Avito , y manto , ó de traer en ningun tiempo manto , si traxere tunica : Y el que visare de esta voz passiva , no la pudiendo usar , conforme à esta Constitucion , sea privado de ella por dos años ; y el Prelado , que lo consintió , sea privado por tres años en el Capitulo siguiente .

Ordenamos , que para la Sacrística no se reciba cosa de oro , ni plata , salvo uno , ó dos Calizes , y las Copas , y Patenas de plata , doradas por de dentro , y una Custodia , en que esté el Santissimo Sacramento . Ni se reciban cosas de seda , ni labradas . Ni aya en ninguna Casa mas de uno , ó dos Altares , ni mas de quattro Casullas , y quattro Alvas , con todo lo demás necesario para esto . Los Corporales se tengan de muy buena Olanda , y asi en ellos , como en las Palias , y otros Paños de lienço para el Altar , se tengan los necessarios , porque anden las cosas de la Sacrística muy limpias : de manera , que pongan mas devoción , que las ricas . Tenganse en nuestros Conventos para el servicio de ellos pocas alhajas , pobres , y no mas de las muy necesarias .

Item , se ordena , que no se reciban Missas , mas todas se digan por los bienhechores , salvo el Guardian , que podrá decir una , ó dos por alguna persona , à quien la Provincia tenga mucho cargo , y no se reciba por ella alguna limosna pecuniaria , ni se pida otra cosa alguna .

Item , ordenamos , que las Casas , que de aqui adelante se toman , sean pobres , pequeñas , conforme à la traza dada por el Capitulo ; y ninguna se tome , sino tuviere Patron , al qual no se le consentira , que haga renunciacion en el Papa , sino que siempre sea Señor de ella , y pueda echar los Frayles , y meter otros , ó hacer de su Casa lo que bien le estuviere ; y cada año vaya el Guardian , ó embie dos Frayles al Señor de la Casa , y le pidan por amor de Dios , le pliega dexarlos morar en ella por el tiempo , que à él le pluguiere ; y en

26.

en qualquier tiempo , que el Señor les mandare salir ; se salgan, dexandole lo que él , ó sus antepassados dieron, si ya no está consumido con el uso ; y por esto aya siempre vn papel, en que este lo que los Señores de aquella Casa han dado ; y vno esté en poder del Patron, y otro del Guardian, firmados de sus nombres.

Item , se ordena , que conforme á las Declaraciones de nuestra Santa Regla , y á la voluntad de nuestro Padre San Francisco, que manda en su Testamento por Santa Obediencia, que las Iglesias, y pobrezales moradas, que para sus Frayles fueren edificadas , en ninguna manera las reciban , sino fueren conforme á la Santa Pobreza, la qual en la Regla prometimos y por tanto queremos , que las Iglesias sean pequeñas, de tal manera, que no tengan de anchor menos de ocho pies , y de largo tres tanto. Y no se tenga respeto á los que pueden siempre venir á ellas, para que por esto se hagan mayores, salvo si sus moradas tuviessen cerca de nuestras Casas, y no tuviessen Iglesia dentro de vn quarto de legua , donde pudiesen oír Missa los Domingos, y Fiestas. Y en el edificio donde han de morar los Frayles, resplandezca toda pobreza, y vilezas; y ninguna madera de él, sea labrada á cepillo, salvo la Iglesia, Choro, y Sacristia. Y no se haga Deprofundis , ni Capituló, ni Librería, sino repartanse los Libros por las Celdas de los Frayles , que los han de menester , para que estén limpios, y bien tratados. El quarto donde ha de estar el Refectorio, y los demás de la Casa, tengan ocho pies á lo menos de ancho, y nueve á lo mas , y en ellos se reparta la Sacristia, Potteria , y vna Enfermeria baxa. Los transitos de toda la Casa, baxos, y altos de las Celdas tengan tres pies , y medio de ancho. Los lavatorios, y Necesarias estén fuera del quarto á texa vana. En lo alto de estos quartos se hagan las Celdas , y sean de siete palmos de vata , y la que mas , de siete pies ; y otra Enfermeria para Invierno de treze pies de largo á lo menos, y á lo mas de diez, y seis. Lo claro de la Claustra serán seis pies á lo menos , y siete á lo mas en quadro , y lo demás será para los pilares , y paños por donde se ha de andar. Esto se entiende , si la Casa se edifica de nuevo , sin arrimarse á otro edificio, ó Iglesia antigua, que entonces, ya que no se guarde esta traza , guardese esta pobreza, y estrechu-

27.

chura de piezas, en quanto fuere possibile. Y si la Casa se edifica de nuevo, tendrá à lo menos quartenta y cinco pies, con lo grueso de las paredes, en quadro, y lo mas cincuenta. Y las paredes de afuera sean de dos pies y medio de grossor, y las de adentro de dos. Los atajos, ó tabiques sean de ladrillos, ó adoves. La escalera para subir à lo alto de la Casa, tendrá dos pies de ancho à lo menos, y tres à lo mas. Tengan todas las piezas alhazenas con puertas, porque siendo la Casa chica, tenga mas espacio para poner las cosas necessarias, y estén las piezas desembarazadas. Ninguna Casa tenga mas de ocho Celdas, y las puertas de claro media vara de ancho, y siete palmos de alto; y las otras puertas comunes tengan dos pies de hueco, y seis de alto; y los quartos desde el fuego hasta el maderamiento tengan à lo menos seis pies, y siete à lo mas. La Iglesia tenga de alto lo mismo que la Casa, porque sea toda quadrada, y de vn altor. Y el Provincial, Custodio, ó Guardian, que consintiere exceder de esta traza, sea privado por seis años con otras penitencias, las que mas pareciere que merece. *

27. Eadem Statuta selecta ex ijs, quae S. Petrus de Alcantara pro sua Reformatione ordinavit, & eisdem prorsus verbis assert P. Fr. Martinus à S. Joseph Provinciae S. Pauli, in 1. p. sue Chronicæ, lib. 1. cap. 7. Similiter P. Fr. Joannes à S. Bernardo, dum meæ Provinciæ Granateniæ esset adscriptus, in Chronicæ S. Petri de Alcantara, lib. 4. cap. 22. & P. Fr. Antonius de Huerta Provinciæ S. Josephi, in vita ejusdem S. Petri de Alcantara, lib. 1. cap. 16. eadem transcribunt Statuta, uno vel altero verbo transmutato. Nec non & P. Fr. Laurentius à D. Paulo Sueco, Provinciæ Portugaliæ Regularis Observantia, in Vira S. Petri de Alcantara, lib. 3. cap. 1. assert ipsam Statuta latino idiomate translata, vbi præcipue sensum attendit, quin verborum rigorem ad traductionem omnino servet.

28. In prædictis quidem Statutis à S. Petro de Alcantara ordinatis pro sua Provincia, & ejus Custodijs plurima de modo vivendi, rigore stricte Observantia, habitus vilitate, ac paupertate designantur, nec in sequentibus ejusdem Provinciae Capitulis vique ad expeditionem Constitutionis Gregorianæ illa abrogata recenset P. Fr. Joannes à S. Maria ejusdem

28.

dem S. Joseph Provinciae Chronista, prout ex ejus historia patet; vnde rebus sic stantibus, in eadem Provincia promulgata fuit Gregoriana Constitutio, quae deinde non fuit derogata, sed potius confirmata habetur a Clemente Octavo, & ab alijs Summis Pontificibus roborata, & extensa ad alias Discalceatorum Provinceas.

29. Si ergo dum illa Constitutio Gregoriana prodijt, vigeabant S. Petri de Alcantara Statuta, vel saltim alia non longè inferiora in austeritate; siquidem latitudo, quæ sensim, & tractu temporum habetur, non in brevi intervallo sexdecim annorum induci potuit; qua ratione etiam post plures annos testantur P. Fr. Martinus a S. Joseph in sua Chronica 1. part. lib. 2. cap. 2. & P. Fr. Joannes a S. Bernardo in Chronica S. Petri de Alcantara, lib. 4. cap. 23. allata statuta illorum tempore pro majori parte in Provincijs Reformationis ipsius Sancti in praxi haberí, vnde provenit, quod Discalceatorum Provinciae in præsenti gubernentur Statutis, si pluribus numero, non tamen rigore, & austeritate æ qualibus, sed valde inferioribus illis, quæ primò pro sua Reformatione edita fuere?

30. Si dicatur, quod talia novissima Statuta prodierunt ex posterioribus indultis à Sede Apostolica emanatis, in quibus facultas confertur Discalceatorum Provincijs, vt sua condant Statuta, & decernitur, quod ipsis, & non alijs teneantur; hoc minimè suffragatur; nam per hæc posteriora indulta minimè derogatur Gregorianæ Constitutioni, imo & ipsa confirmatur, & extenditur; vnde etiam post tales Constitutiones, quarum finis est, non relaxatio, sed stabilitas primevæ austeritatis in Discalceatorum Provincijs, semper viget mandatum Constitutionis Gregorianæ de nihilo innovando in tunc habito modo vivendi Fratrum Discalceatorum, & eorum Regulari stricta Observantia, Habitus vilitate, & paupertate; quare licet permisum sit ipsis nova condere Statuta, hoc intelligi debet excepta supradicta innovatione.

31. Devenendum ergo est, vt hujusmodi innovationes validæ sint, ad supra adductam intelligentiam Constitutionis Gregorianæ, nempe esse permisam illam innovationem, quæ Regulæ strictam Observantium in Constitutione Apostolica sententum non infirmat; quare licet nova Statuta non includant illos pristinos rigores, in quibus Provinciae Discalceatorum fuerunt creatae; cum tamen non distrahant Fratres Discal-

29.

Falceatos ab instituto, & præscripto suæ Regulæ, sed potius ad ejus strictiorem Observantiam, juxta temporum statum, dirigantur, innovatio in eis novissimis Statutis adlibita non est contra allatæ Constitutionis mentem, qua de causa sustineri potest. In lege quidem potius est attendenda Legislatoris mens, quam verba, & ratio generalis ex mente Legislatoris restringitur, prout assert Barbosa, tom. Variar. tract. de Aximat. Jur. axiomat. 136. num. 17. Unde dum salva remanet mens præfata Constitutionis, innovationes in Statutis apud Discalceatos prohibite non censemur.

32. Similis consideratio haberi valet circa alias Provincias Discalceatorum, quæ, cum non dependeant in origine à Provincia S. Joseph, minimè concerunt Statuta à S. Petro de Alcantara edita: hæ quidem Provinciæ in suis primordijs, necnon & tempore, quo Constitutio Gregoriana fuit emanata, & confirmata, & adhuc quando fuit extensa, strictioris viæ genere se habebant, prout dignosci potest, collatione facta antiquorum cum recentioribus Statutis; vnde novissimæ mutationes non nisi ex præfata Apostolica Constitutionis intelligentia oriti possunt.

33. Si igitur Prælati domesticis Discalceatorum permisum est ex allata Constitutionis Gregorianæ intelligentia, etiam mitiora Statuta condere, innovando in suo vivendi modo; quate Generales Prælati, qui non magis, quam inferiores prohibentur taliter innovare, camdem non habebunt facultatem ita, vt in suis mandatis possint ordinare quoad Discalceatorum Provincias quidquid secundum Deum ipsis expedire videatur, dummodo Fratres Discalceati non distrahitur ab instituto, & præscripto suæ Regulæ, qui finis est principaliter intentus in præfata Constitutione? Imo, & hoc de facto aspicitur, dum Prælati Generales per se ipsis, vel per suos Delegatos Capitulis Discalceatorum præsident, in quibus aliquā hujusmodi innovatio coalescit. Tunc sanè Prælati Generales cum Capitulari consensu tales conferunt innovationes, nec hujusmodi facultas eis disputari valet, cum jure habeant in Capitulis Præsidentiam. Si autem ipsis talis innovatio interdicta foret, nec eam possent adducere in Capitulari congresu, nam Gregoriana Constitutio absolute loquitur: Unde si tunc præfata facultate vti queunt, ideo est, quia

Da

de

30.

de similibus mutationibus non procedit Apostolica Constitutio. Ex hac vero suppositione eamdem facultatem exercere poterunt per se solos Prælati Generales, nam si materia, circa quam sua jurisdic^tio versatur, non comprehenditur in allata prohibitione, libera, & expedita remanet Superiorum facultas, vt. vbi cumque, & juxta rerum exigentiam, independenter ab alijs exerceat^r; siquidem talis materia intra spheram jurisdictionis Prælatorum Generalium continetur, nec aliquo ex capite impedimentum quoad exercitium adhiberi potest.

34. Nec ex dictis intendo Statutis Provincialium Discalceatorum in aliquo, vel minimo detrahenc; sunt quidem hujusmodi Ordinationes Regulari Observantiae valde consonavitæ Monasticæ rigore suffultæ, maxima austерitate circumambitæ, omnimodæ Reformationis viribus munitæ, circumdatæ validis muris regularis disciplinæ, ita vt rimæ omnes, quibus aditus ad latitudines patere posset, omnino occluduntur. Cum hoc autem optimè stat, quod adhuc à primo rigore, in quo prædictæ Provinciæ erectæ fuerunt, alio quo pacto declinarent, non quia latitudinem intenderent noyiter Statuentes, sed quia experimento cognovissent, illas primas rigidissimas austertates consistere non posse cum Ministerijs, & Exercitijs, ipsis Fratribus injunctis, imo nec cum Regulati disciplina, qua non in extremis, sed opportuno medio firmatur. Ideo prudentes, ac Reformati viri, qui in Capitulis Provincialibus congregati ad Statutorum conditionem operam dederunt, attentis Regionibus, temporum vicissitudinibus, numero Fratrum, & alijs adjacentibus circumstantijs, in Statutis, prout oportere agnoverunt, innovarunt, & passim ex ipsismet rationibus innovare coguntur; nam sicut tempora sunt diversa, atque & hominum qualitates diversæ apparent, etiam non semper eisdem indigent Ordinationibus, sed juxta temporum successionem, & rerum varietates Statuta ordinari exigunt.

35. Nec in hoc singulares sunt Discalceatorum Provinciæ, cum id ipsum cordatissimè acceptum videatur in Statutis Generalibus nostri Ordinis, in aliarum Religionum Ordinationibus, necnon & in decisionibus Sanctæ Sedis, quæ frequentè juxta rerum exigentiam mutantur. Cum ergo hujusmodi innovatio nedum sit opportuna, verum & necessaria,

nec

nec hoc lateat Sanctam Sedem , dum emanant Apostolicæ Constitutiones , necesium fuit juxta mentem Gregorianæ Constitutionis illam mutationem licitam putare, quæ Fratres non distrahit ab instituto, & præscripto suæ Regulæ , sed humana fragilitate distractos , si qui essent, ad strictiorem ipsius Regulæ Observantiam revocaret. Hæc igitur innovatio , ut pote licita, laudabilis, imo & necessaria , sicut & domesticis, ac inferioribus Prælatis est pervia , non est cur Superioribus, & Generalibus Prælatis denegari valeat.

36. Ad præcipuum vero assumptum vt revertamur , ex ipsamet præfatae Constitutionis decisione manuducimur ad ejus claram, & genuinam allatam intelligentiam; nam vt docet Barbosa , tom. Variar. tract. de Axiomat. Jur. axiom. 86. n. 1. Exempla declarant Regulam, & aperiunt , atque sicut digito, ostendunt rem, & taciti quodammodo subjiciunt ; in Gregoriana autem Constitutione, dum genericè prohibetur innovatio in modo vivendi , aut rigore strictæ Observantiae Discalceatorum, rei specificatione exempla adducuntur, nempe Habitus vilitas, ac paupertas , quæ quidem exempla sunt, vt dignoscatur, quod in his, & alijs similibus, quæ ad Regulæ vota , & precepta majori rigore implenda conducunt , nihil innovari possit : Et cum exceptio firmet Regulam in contrarium, alia res, quæ ad Regulæ strictiorem Observantiam non conducunt , innovationi subiecti queunt ; sed hujusmodi est Cantus antiquus Discalceatorum, seu Cantus sine Nota , qui non conduit ad Regularem Observantiam, imo ab ea distrahit, cum Cantus Gregorianus sit perfectior , & strictior modus persolvendi juxta Regulam Divinum Officium: ergo in hac re , & in alijs similibus intervenire valet mutatio sine præfatae Constitutionis transgressione.

37. Et confirmatur , nam ex eo, quod in nostra Regula, cap. 4. Duo casus tanquam exempla exprimantur ad licitum pecuniarium recursum: Pro necessitatibus infirmorum, & alijs Fratribus induendis per amicos spirituales Ministri tantum, & Custodes sollicitam curam gerant, &c. Ad hos tantum casus, & alios ipsis similes, non vero ad dissimiles extenditur licetria de pecuniario recurso, prout declaravit Clemens Quintus , Clement. Exivi, §. Porro, de verb. sign. ibi: Attendant Fratres predicti, quod pro nullis causis alijs, quam prædictis, & similibus,

32.

in via, vel alibi, recurvare licet eis ad amicos hujusmodi. Sié pariformiter ex eo quod in decisione Constitutionis Gregorianæ exprimantur illi duo præcipui casus de Habitus vilitate, & de paupertate, ad hos, & alias illis similes, non tamen ad alias dissimiles, extenditur prohibitio innovationis; sed, prout dictum est, Cantus sine Nota nullam similitudinem habet, sed potius magnam dissimilitudinem cum exemplis in decisione appositis; siquidem non solum non inducit ad Regulæ majorem observantiam, sed ab ea distrahit: ergo non includitur in prohibitione immutationis, ac proinde prævallet Prælati Generalis mandatum de eo mutando in Cantum Planum, qui ad strictiorem Observantiam Regulæ pertinet, quod mandatum tenentur Discalceati admittere.

38. Prælatorum quidem, & maximè Generalium est, de Regulæ strictiori, ac puriori observantia curare, quod & in eademmet Gregorianæ Constitutione exprimitur; ibi enim sic habetur: *Quinib[us] Generalis Minister, Commissarij, & alij predicti Fratribus dictæ Provinciae S. Josephi, ac eorum Custodij, domibus, Monasterijs, seu locis, quibus poterant modis, auxilium, consilium, & favorem præstent. Prælati ergo Generales tenentur cunctis modis, quibus poterunt, auxilium, consilium, & favorem præstare Discalceatis, vt in suo modo, & austeritate vivendi, rigore strictæ Observantie, Habitus vilitate, & paupertate permaneant; ita vt in nullo distrahantur ab instituto, & præscripto suæ Regulæ: quomodo autem hæc adimplere poterunt Superiores Prælati, si in modo vivendi ipsorum Fratrum juxta sui voluntatem assumpto, vt illum strictiori Regulæ observantiae adducant, sua mandata etiam quid innovando, afferre non valerent? Verum sit, quod Vigilantissimi Superiores Prælati sua maxima prudētia ducti, licet agnoscant, Discalceatorū Provincias ad suam Reformationē tuerandam hujusmodi mandatis indigere, non illa passim, & facilitè promunt; nam minus inconveniens putant, ea omittere, vel in jam latis, si renitentiam observant, supersedere, quam ansam date particularibus Fratribus, vt voce, ac nomine Provinciarum, suis privilegijs abutentes, lites moveant, quæstiones inducant, & Religionis pacem, ac tranquillitatem perturbent. Nihilominus tamen necessum esset, & Provincijs Discalceatorum valde proficuum, quod Generales Prælati per*

se,

se, vel pér suos Delegatos in Provincialibus Capitulis, aut extra, Acta de novo constructa, aut etiam antiqua recolerent, ac sedulò examinarent, praxim Statutorum inquirent, & quidquid Reformationi invenirent non consonum, omnino repellerent, & strictis præceptis omnem latitudinem exterminarent. Hoc sanè esset juxta Gregorianam Constitutionem Discalceatis, possibilibus modis, auxilium, & favorem præstare, vt suo vivendi modo, austerritate, & Reformatione permanerent.

39. Hujusmodi profectò Generalium solertia non solum ipsis Discalceatis, sed etiam commodo ordinis expedit, vt Reformationes nunc existentes in omni suo rigore conservetur, non tantum ad strictorem Regulæ Observantiam tuendam, verùm etiam vt Resformationes extra Ordinem erētē non ita apertè de sua majori austerritate jaclitarent; prout jam expersum accepimus. Hoc enim pacto Rmūs. P. Fr. Franciscus de Tolosa Ordinis nostri Generalis Minister restitit incursibus Patrum Capuccinorum, qui suam Congregationem in Observantia Regularis rigore præponere volentes liberum transitum ad suam ex nostra Religione patere intendebant. Contra hujusmodi Patrum Capuccinorum allegata opposuit præfatus Minister Generalis, quod in qualibet Regularis Observantia Provincia plures aderant Recollectionis Conventus, ac in Hispania erētæ erant multæ Discalceatorum Provinciæ, quorum strictior Regulæ Observantia inferior non erat austerritate Capuccinorum Familia, ad quod comprehendantur in Sacra Cardinalium Congregatione perlecta fuere & Recollectorum Conventuum, & Discalceatorum rigidissima Statuta: quibus medijs pro nostro Ordine fuit decantata Victoria; siquidem Sixtus Quintus suam protulit Constitutionem, *Pro ea, 28. Januarij 1586.* in qua dispositiones Apostolicas Pauli Tertij, & Julij Tertij corroborans statuit sub gravissimis poenis, ne Pates Capuccini recipere possent ad suam Familiam Religiosos ex Regulari Observantia, nec ipsis Fratribus de Observantia licet talis transitus, nisi prius obtenta licentia à Sede Apostolica, vel à Ministro Generali nostri Ordinis, aut à suis respective Provincialibus: de qua controversia sufficienter pertractat de Gubernatis, tom. 2. Urb. Seraph. lib. 10. cap. 3. n. 33. Expedit etiam Resformationum in

34.

in suo rigore conservatio, ut ad alias novas Reformationes ex excogitandas aditus præcludatur. Dum enim Religiosi spiritum habentes vita reformatæ Provincias, ac domos Reformatas invenerint, vbi pro sui spiritus satisfactione possint reformatissimè degere, de alijs excogitandis Reformationibus non curabunt. Et si qui turbulentio spiritu talia quædam movere intenderent, justè, & validissimo vigore posset eis Ordo resistere, ad scisuras in Religione, quæ vñica esse debet, vitandas.

40. Præcipue adhuc Prælatorum Generalium vigilancia de his curare debet circa Discalceatorum Provinceas; haec enim non per plurima sæcula laborantes præ ceteris novissimis Reformationibus, fructibus Sanctitatis scatent, ex quibus plures jam à Sancta Ecclesia ad Altaria elevati fuerunt. Opus quidem est, quod terra fructifera sedulò excolatur, vt plures fructus afferat, ne veribus, ac spinis confecta messis optima suffocetur. Hoc verò ut, prout oportet, compleatur, valde necessarium est, quod Generales Prælati suam exerceant jurisdictionem speciali cura in Discalceatorum Provincijs, & frequentè mandata adducant, quibus & promoveatur Reformatio, & exterminetur quidquid Discalceatos distrahere vallet ab instituto, & præscripto sue Regulae; hoc namque pacto Gregoriana Constitutio erit apprimè executioni demandata.

41. Quare non inconsulto in ipsa, sicut & in alijs apponitur illa Clausula: *Volentes nibilominus, ut, salvis predictis, in reliquis dicti Fratres Discalceati subjecti remaneant jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ministri eorumdem Fratrum de Observantia Generali; adeoque quod ipse Minister per se ipsum, vel alium, seu alios ejusdem Ordinis Discalceatorum tantum possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere, visitare, ac in eosdem jurisdictionem exercere.* Hæc profecto clausula omnino inutilis adstaret, si decisio Constitutionis istius ita absolute intelligi deberet, prout vult Scriptor, ut nullum innovare possent Prælati Generales in modo vivendi Discalceatorum. Nam cum nullum sit in hujusmodi Provincijs, quod prætextu, aut colore aliquo reduci non valeat ad suum modum vivendi, in nullo prefatae jurisdictionis Prælatorum Generalium exercitium inveniri posset; ac proinde talis jurisdictione esset super-

va-

35.

vacanea, insubstantialis, & phantastica; necnon & Genera-
lis Minister respectu Discalceatorum tanquam caput corpo-
ris paralytici, suis membris uti non valēs, non quidem ex im-
potentia Capitis, sed ex infirmitate membrorū, atque solum in
nomine Caput cēseretur; siquidem ad nullum in modo vivendi
talium inferiorum manum extendere posset. Ne autem hæc
monstrositas appareat, nec tot absurdā sequantur, necessariō
deveniendum est ad supra adductam istius Constitutionis ve-
ram, & gentinam intelligentiam, nempe Prælatis Generali-
bus, & cunctis alijs prohiberi innovationem in modo vivendi
Discalceatorum, quādo innovatio intenta eos distrahere valet
ab instituto, & præscripto suæ Regulæ; non autem illa est
Prælatis Generalibus prohibitio in alijs casibus in Constitu-
tione tacite, vel expresse non inclusis, in his sane viget omni-
moda Prælatorum Generalium supra Discalceatos facultas,
potestas, & jurisdictio, quæ in præfata exprimitur Clausula.
Cum ergo per mandatum de Cantu Gregoriano promoven-
do, & removendo Cantu sine Nota, atque alia id generis,
Discalceati nullomodo distrahantur ab instituto, & præscrip-
to suæ Regulæ, sed potius per ipsa ad strictiorem Instituti
Observantiam inducantur, hinc est, quod etiam ex hac Gre-
goriana Constitutione talia mandata vigorem, & stabilitatem
accipiunt.

42. Tandem ut amplius natura, & qualitates decisionis
istius innotescant, considerandæ sunt illæ Clauses in ejus
proœmio appositæ, vnde orta fuit decisio; sic enim proce-
dunt: *Ad aures itaque nostras Fratres predicelli Discalceati nun-
cupati nonnullas querimonias perduxerunt, quibus se quamplu-
rimi & molestijs, ac perturbationibus à dilectis filijs Fratribus S.
Francisci de Observantia nuncupatis non parum sub minime jus-
tiuſ pretextibus vexari concrebantur; capropter Nos illorum
quieti, & indegnitati consulere volentes Congregationi Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super nego-
tijs Episcoporum, & Regularium deputatorum negotium hujus-
modi audiendum, & cognoscendum commisimus eorum quibus
re diu, ac mature discussa, iisdem Fratribus Discalceatis ex una,
& Procuratore Generali predicatorum Fratrum de Observantia
partibus ex altera, semel, ac pluries auditis, habita super hoc
matura deliberatione, de eorum Cardinalium consilio, &c. Et*

E

dein-

362

deinde quoad hanc rem decisiones apponuntur , Provinciae illius S. Joseph, & ejus Custodiarum , ac domorum exprimitur approbatio , prohibendo separationes , & molestias , atque innovationes in modo vivendi, & rigorosa Observantia, prout expositum manet.

43. Ex quibus plane constat , quod hujusmodi decisio novum indultum non fuit , nec Privilegium aliquod novum jus Discalceatis tribuens , sed solum apparet Executorialis Sententia , ex Decreto Cardinalium Congregationis lata in judicio contradictorio. Causa quidem procedebat in terminis rigorosae justitiae inter partes litigantes, & interesse habentes : Unde decisio nihil continet gratiae , aut Privilegij , sed est declaratio juris, quo antea gaudebant Discalceati ad obtinendam victoriam in causa exagitata. Hoc autem jus nitebatur in eo, quod talis Provincia erat ritè erecta, ejus Conventus fuerant servato ordine juris acquisiti ; quare erat valde injustum, talem Provinciam , & domos dismembrare , aut separare intendere. Quoad alteram decisionis partem aderat jus commune Subditorum ad hoc, vt eorum Praelati Generales ipsos in suo modo vivendi juxta suas Regulas conservarent ; nam cum Superioribus sit data potestas in ædificationem, non verò in destructionem, sua jurisdictio non extenditur ad Regularem vitam Subditorum evertendam, sed potius dirigitur ad eos in pura, & strictiori Observantia sua Regulæ, & instituti conservandos, non molestias infrendingo , sed promovendo pacem , disciplinam Regularem , ac Statutorum Observantiam , ita vt non distrahanter ab instituto sua Regulæ, sed amplius in præscriptio ipsius firmentur. Quod adeò verum est , vt Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 8. num. 24. & Rotarius, tom. 3. lib. 3. cap. 1. punct. 2. num. 6. ad fin. docent, quod Generales, dum accedunt ad Provincias, & Conventus Strictioris Observantie , talium rigidiiores leges & ipsi Generales tenentur observare. Unde etiam ante prefatae Constitutionis promulgationem jus habebant Discalceati ad hoc, vt illo pacifico regiminis modo gubernarentur; siquidem ex eo alle gato jure favorablem obtinuerunt sententiam. Nec hujusmodi jus quæsumus illis inerat tamquam quid privatum, & singulare, ac peculiare, ex aliquo proprio Privilegio , aut indulto proveniens ; nam si tale Privilegium , aut indultum

præ-

37.

præcessisset, proculdubio dē eo in prädicta Gregoriana Constitutione fieret expressa, & sufficiens mentio, veluti de justitię firmo fundamento, atque de novo ipsi adhiberetur robur, confirmatio, ac extensio, qualis notitia ibi non reperitur: Solū ergo erat jus commune, quod cunctis Religiosis, vt modo supradicto à suis Rectoribus gubernentur, suffragatur.

44. Hinc est, qnod ex präfata decisione nullum aliud jus obtinuerunt Discalceati præter illud, quod antea habebant, & residet in omnibus Ordinis Provincijs; siquidem nec in toto Ordine concessum est Praelatis Superioribus, präsumere aliquid innovare, seu attentare circa vivendi modum, strictam Regulæ Observantiam, Habitus vilitatem, & paupertatem; nam cum hæc omnia per Statuta vel Apostolica, vel Regulæ, ordinata, & stabilita sint, & Superiorès, etiam Generales, per talia Statuta Ordinem, & Provincias respectivè regere debeant, illorum innovationem attentare propria sua auctoritate präsumere non possunt. Ex quo apertè deducitur, quod circa hanc rem quidquid agere possunt Generales Praelati in toto Ordine, agere etiam possunt respectivè quoad Discalceatorum Provincias, cum his ex adducta Constitutione nullum aliud, quam prahbitum jus conferatur. Aliæ autem dispositiones, quæ in ipsa Constitutione inveniuntur, & ad präfens institutum non pertinent, adhibitæ fuere, ad präcavendam Discalceatorum tranquillitatem, ne iterum repetitis molestijs, hujusmodi lites excitarentur; de ijs tamen fortè infra sermo veniet. Cum ergo jam satis superque de hac Constitutione Gregoriana pertractatum sit, ad aliam transeamus.

45. Aliud quidem testimonium licet valde diminutum à Scriptore adducitur, quare prout in se est, illud oportet referri. Clemens Octavus in Bulla, *Ex injunctio*, 20. Novembris 1599. pro Provincia S. Joannis Baptiste decrevit: *Quod suis arctioribus Constitutionibus gubernentur, nec ab observanda Statuta Generalia Ordinis facta, vel pro tempore facienda à Capitulo, vel Congregationibus Generalibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, nec ad specialia Superiorum mandata, quæ Diffinitorum Provincia judicio, fuerint Excalceatorum Reformationi, aut commodo dissidentia, teneantur.* Deinde Urbanus Octavus in Bulla, *Cum ea pro eadem S. Joannis Baptiste Provincia expedita 15. Junij 1639. präfatam Constitu-*

38.

tionem Clementis Octavi approbavit, & confirmavit, nec non, & illam declarans determinat: *Quod Provincia prefata, illiusque Fratres, & Conventus suis arctioribus Constitutionibus, & Statutis, que in pleno Capitulo Provinciali à majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gubernantur, nec ad observanda Statuta Generalia à Capitulis, vel Congregationibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia jam facta, vel pro tempore factenda, nec ad specialia eorundem superiorum mandata, que Ministri Provincialis, Custodis, & Difflnitorum Provinciae iudicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum Reformationi, aut commodo dissentanea, teneantur.* Eadem Clausula cum eisdem prorsus verbis reperitur pro Provincia S. Antonij Discalceatorum in Lusitania in alia Bulla ejusdem Urbani Octavi, *Cum sicut 1. Decembris 1639.*

46. Dispositio hæc Apostolica duas continet partes, ita inter se connexas, ut secunda sine prima ad veram intelligentiam trahi non valeat; ptimam autem omisit Scriptor, vel quia suæ intentioni favorabilis non erat, vel forte ut alius non proptius intellectus posset secundæ adductæ adhiberi. In prima igitur parte habetur, quod Discalceati gubernari debent per sua strictiora Statuta, quin teneantur ad Ordinis Statuta Generalia. Consultò quidem dicitur: *Suis arctioribus Statutis: ut dignoseatur, quod Discalceati non absolute eximuntur ab observatione Statutorum Generalium Ordinis, seu non deobligantur quoad ea omnia, sed solum in ijs, circa quæ habent Statuta municipalia strictiora;* quare alijs Statutis Generalibus subdi debent; nam cum exceptio firmet Regulam in contrarium, ex eo, quod dictum sit, Discalceatos debere regi per sua specialia strictiora Statuta, quin ad Generalia teneantur, etiam dictum manet, quod ista Generalia Statuta, ad quæ non teneantur, illa sunt, quæ latiora apparent, pro quibus subrogantur strictiora Discalceatorum, & in alijs jure communi Ordinis remanent ipsorum Provinciae Statutis Generalibus subordinatae, quod ius commune hæc Apostolica Constitutio abrogate videtur solum quoad ea, in quibus ad sunt Statuta Discalceatorum strictiora, non vero quoad alia, circa quæ talia strictiora Statuta non inveniuntur.

47. Quod vel maxime convincitur, quia in allatis Constitutionibus Urbani Octavi, *Cum ea, & cum sicut,* immediate post

39.

pōst p̄dīctām clausulā de eximēdiis Discalcentis ab obser-
vantia Statutorum Generalium, dum ad sua strictiora Statuta
tenētur, sequens adducitur dispositio: *Quod Ministri seu P̄lati Provinciales, Congregationes particulares, quas Diffinito-
riales vocant, quando, & ubi commodius sibi visum fuerit, libe-
rè, & licetè, convocare, & celebrare, ac in eis quaslibet electiones
Guardianorum, & aliorum Officiorum facere, & quacumque
causas, sive civiles, sive criminales, & negotia ad eamdem Pro-
vinciam spectantia juxta formam Sacrorum Canonum, & Re-
gularium Statutorum, & suarum Constitutionum Provincialium
tractare, diffinire, & sententiare possint. Quodque P̄lati Ge-
nerales ejusdem Ordinis bujusmodi Congregationes particulares
Diffinitoriales, aut earum electiones, seu Diffinitiones, vel De-
creta, & sententias nequaquam impedire, immutare, nec dilata-
re valeant.* In hac quidem clausula describitur forma, quam
observare debent Discalceatorum Provinciae in suis Congre-
gationibus Diffinitorialibus ad electiones peragendas, causas
tam civiles, quam criminales pertractandas, & alia negotia
expedienda, in quibus totum Provinciarum regimen includi-
tur. Quæ talis forma est, ut observentur Sacri Canones, Sta-
tuta Regularia, & Provinciarum Constitutiones Municipales.
Unde Discalceati in suo regimine non solum tenentur ad Sa-
cros Canones, & sua Municipalia Statuta, sed etiam ad alia
Statuta Regularia, quæ pro nostro Ordine alia non sunt, nisi
ejus Statuta Generalia, quare etiam juxta horum formam
debent Discalceati in suo regimine procedere. Ex quo planè
deducitur, quod dum in ipsis Constitutionibus in Clausula
immediate antecedenti apponuntur illa verba: *Quod Provin-
cia prefata, illiusque Fratres, & Conventus suis alioribus
Constitutionibus, & Statutis, quæ in pleno Capitulo Provinciali
à majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gubernen-
tur, nec ad observanda Statuta Generalia à Capitali, vel Con-
gregationibus Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Fran-
cisci de Observantia jam facta, vel pro tempore facienda, &
Teneantur:* Non absolute eximuntur Discalceati ab obser-
vatione Statutorum Generalium Ordinis; alias valde inconsi-
quentiē immediate designarentur illis eademque Statuta Ge-
neralia, ut juxta illorum formam, quoad sumum regimen pro-
cederent, neeon & contrarietas inveniretur in p̄dictis
dis-

40.

dispositionibus, quæ quidem vitanda, & concilianda est in omni dispositione, juxta tradita à Barbosa, tom. Variar. tract. Axiomat. fur. axiomat. 58. num. 1. Quare ut prædictæ dispositiones concilientur, & utraque teneat, omni contrarietate exclusa, dici debet, quod Discalceati eximuntur ab Observantia Statutorum Generalium Ordinis solum in ijs, circa quæ eorum Provinciae habent Statuta Municipalia strictiora, non autem in alijs, in quibus Generalia Statuta vel æqualia, vel strictiora Discalceatorum Statutis apparent.

48. Cum ergo valde notum sit, quod respectivè ad Regulam Seraphicam strictior sit dispositio de Cantu Plano exercendo, quam alia, si esset, de alia specie Cantus in usu habendo; notum quoque esse debet, quod Discalceati, etiam si omnes Statutum haberent de Cantu Plano excludendo, ad istius municipalis Statuti observantiam non essent obligati, sed solum ad executionem Generalis Statuti ab initio Ordinis habitu circa Cantum Ecclesiasticum exercendum.

49. Assumptum, licet jam supra ostensum sit, adhuc ejus firmitatem repetere oportet, & deinde non semel etiam patet. Regulæ quidem Seraphicae præceptum est obligatorium, facere Officium Divinum secundum Ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ: Talis Ordo, & continet substantiam, & modum, de substantia sunt Rubricæ Breviarij Romani, ac Kalendarium, quo Ecclesia Romana vtitur; ad modum autem saltim accidentalem pertinet Cantus Ecclesiasticus à Sancta Ecclesia institutus, qui, dum Divinum Officium in Choro decantur, adhibendus est: Unde strictiori, ac perfectiori modo impletur Regulæ præceptum de Officio Divino faciendo juxta Ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ, quando & quoad substantiam, & quoad modum talis Ordo completur, quam dum solum quoad substantiam, altero extraneo modo adhibito, exprimitur: Ergo respectivè ad Regulam Seraphicam strictius est Statutum Generale de Cantu Plano exercendo, quam aliud quodlibet Municipale Statutum de illo excludendo.

50. Et licet concederetur, quod Regulæ præcepto sufficienter fieret satis Officium Divinum quoad Rubricas, & Kalendarium Breviarij Romani persolvendo, tamen adhuc ratio perfectioris modi subsisteret, dum Cantus Planus adhibetur. Sicut enim qui omnino nudis pedibus incedunt, majori

rigore, & strictiori modo adimplent præceptum de calceamentis non portandis, quam qui deambulant cum calepodijs, seu sandalijs apertis; quamvis & isti obligationi præcepti satisfaciant, non tamen ita rigidè, strictè, & plenè, sicut illi; ita similitè de adimplendo præcepto circa Divinum Officium cum Cantu Ecclesiastico, aut cum alio sine Nota, discurrendum est: Ergò si arctius, & Seraphicæ Regulæ conformius est Statutum Generale de Cantu Ecclesiastico, ad hoc adimplendum, & non ad Municipale, etiam si quoad omnes Discalceatorum Provincias adstaret, ligantur Discalceati juxta adductam Apostolicam Constitutionem. Quia verò de hac ejus prima parte iterum agendum veniet, ad secundam descendere oportet.

51. Circa quam pro ejus majori intelligentia advertendum est, quod dum prædicta Clausula scripta in dictis Constitutionibus Apostolicis reperitur, in ipsis nulla antea facta fuerat mentio de Prælatis Generalibus Ordinis, quare ad eos referri non potest illud: *Nec ad specialia eorumdem Superiorum mandata.* Solùm quidem de Capitulis, & Congregationibus Generalibus sermo fuerat immediate antea adhibitus, & ideo per dictiōnēm illam: *Eorumdem Superiorum mandata:* intelliguntur specialia mandata à Capitulo, vel Congregatione Generali Ordinis emanata, non verò mandata à Prælatis Generalibus imposita.

52. Pro quo adhuc notandum est, quod in Generalibus Comitijs non solùm ordinantur Statuta Generalia pro toto Ordine, vel pro toto Familia, sed etiam specialia imponuntur mandata, aliquam Nationem, vel quandam, aut quasdam particulares Provincias, sive ad aliquod gremium Provinciarum, nec non & pro aliquibus particularibus personis, concernentia juxta exigentiam rectum, & personarum; quæ mandata, quia per totum Ordinem, vel Familiam non transcendent, sed solùm specialiter diriguntur ad certum genus Provinciarum, seu personarum, dici possunt specialia, collatione facta ad Statuta Generalia, quæ universaliora sunt, & totum comprehendunt Ordinem, vel Familiam.

53. Ex his sanè consurgit verus, & genuinus intellectus præfatae Constitutionis Apostolicæ, nempe quod Fratres Discalceati debeant gubernari per sua propria, & Municipalia Sta-

42^a

Statuta striciora, quin teneantur ad Statuta Generalia Ordini-
nis non ita stricta, iusti facta, vel facienda in Capitulis, aut
Congregationibus Generalibus; nec item sint obligati ad
specialia mandata, quæ pro Provincijs Discalceatorum, vel
aliqua eorum forte possent ordinari à Capitulo, vel Congre-
gatione Generali, si talia specialia mandata judicio Province-
lis, Custodis, & Diffinitorum ejusdem respectivè Provincie
sue Reformationi, aut commodo essent dissentanea.

54. Qui sensus & amplius constat, nam in prædicta Ur-
bani Octavi Constitutione post præfamat dispositionem sit
progressus ad exprimenda ea mandata, quæ à Prælatis Gene-
ralibus quoad Discalceatos ordinari non possunt, nempe,
quod Superiores Generales Congregationes Particulares
Diffinitorij, aut ea, quæ in eis sicuti debent, impedire, aut re-
tardare non valeant: quod ad tales Provincias Visitandas mit-
ti non possint à Prælatis Generalibus Visitatores, qui non sint
assumpti ex aliqua Discalceatorum Provincia, & illi suum
munus exercere non possint nisi post duos annos & septem
menses transactos Provincialatus ejusdem Provincie Visitan-
dæ Provincialis Ministri, & ipsiusmet Statuta bſervare de-
beant: quod post Commissarij Visitatoris ingressum in Pro-
vinciam Visitandam, nullus Vocalis proximè futuri Capituli,
etiam sufficiēti causa adstāte, possit privari voce actiua, & pa-
ſiva ante ejusdem Capituli celebrationem: & quod Superior-
es Generales extrahere non valeant ex eisdem Provincijs
Fratres ad alias mittendos, nec eos licentiare, vt in domibus
Sæcularibus, aut extra propria Clastra degant. Has autem
prohibitiones exprimere, necessum nou est, si in primò di-
ctâ dispositione sermo fieret de mandatis specialibus Prælato-
rum Generalium: nam in ea prædicta mandata includerentur, &c
circa illa, de quibus tunc agitur, sufficienter provisum erat, vt
minimè fierent contra Reformationem, aut Commodum Dis-
calceatorum, vnde ex eo quod ultra progrediatur Constitu-
tio ad discrendum de mandatis, quæ à Prælatis Generalibus
fieri prohibentur, deducitur, quod eorum præcepta minimè
erant comprehensa in antea posita dispositione, sed solum
in ea erant inclusa specialia mandata, quæ à Capitulo, vel
Congregatione Generali possent Ordinari quoad Discalcea-
torum Provincias.

Nec

55. Nec valet dicere, quod ex eo, quo in primo dicta dispositione deobligentur Discalceati à Statutis Generalibus, & à specialibus mandatis Capituli Generalis modo ibi expresso, etiam deobligantur à mandatis Prælatorum Generalium, cum valeat argumentum à majori ad minus, & major sit potestas Capituli Generalis, quam Ministri Generalis, quia iste agere non valet quidquid completere potest Generale Capitulum, & in hoc residet veluti in integro corpore omnis jurisdictione Capitis, nempe Ministri Generalis, & quid amplius, prout passim proclamant Doctores, quare jurisdictione Generalis Capituli à jurisdictione Prælati Generalis solum inadæquare distinguitur distinctione incidentis ab inclusu.

56. Non quidem hæc objectio valere potest, nam licet in jure valeat argumentum à majori ad minus in eadem linea; ita ut quis possit agere minus in eadem linea, in qua valet agere quod majus est; hæc regula locum non tenet in dispensationibus, & privilegijs in materia odiosa, ac proinde stricti juris, prout fit limitatio in cap. Quæ à Jure, & ibidem Glossa de Regul. Jur. in 6. ibi: Quæ à Jure communi exorbitant, minimi sunt ad consequentiam trahenda. Et tenent communiter Doctores, Molina de Justit. & Jur. 3. p. disp. 591. num. 2. Thomas Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 1. num. 32. Barbos. tom. Variar. tract. loc. comm. loc. 67. num. 6.

57. Cum ergo posse resistere mandatis Superiorum sit Privilegium maximum, & exorbitans à jure communi tam Canonico, quam Regulari; siquidem omni jure debent inferiores subdi, & obedire Superioribus; hinc est, quod cum stemus in odiosis, & in re stricti juris, tale Privilegium strictè debeat accipi, ita ut non nisi ad expressa extendatur, nec possit trahi ad consequentiam; ac proinde in hac materia non valeat argumentum à majori ad minus. Unde licet Discalceati non teneantur ad specialia mandata Capituli Generalis, nec ad vñiversalia modo supra expresso, tenentur adhuc ad quælibet mandata Prælatorum Generalium, quæ ab eis exhibenda expresse, & individuè non sint prohibita, sicut & alij eis inferiores; dispositio enim exorbitans non est amplianda, nec extendenda, sed potius restringenda, vt docet Barbo-sa, vot. decif. lib. 2. vot. 56. n. 47. Ex quo præfata dispositio, quæ exorbitans à jure proculdubio est, restringi debet ad terminos in ea expressos, & non ad alios extendi. F Li-

44.

58. Licet autem iurisdictio Ministri Generalis includatur in jurisdictione Capituli Generalis, siquidem in eo tanquam Caput Ordinis Minister Generalis praesider, & operatur; non tamen omne exercitium jurisdictionis Praelati Generalis includitur in exercitio jurisdictionis Capituli Generalis; nam alia est iurisdictio Capitis prout in corpore, & alia est iurisdictio Capitis prout in se ipso; ex quo Praelatus Generalis etiam suam jurisdictionem exercet separatum, & independenter à jurisdictione Capituli Generalis: Unde mandata, quæ à Praelato Generali ex sua separata jurisdictione procedunt, nullatenus includuntur in mandatis, quæ à Generalibus Comitijs oriuntur: qua ratione vtraque mandata inter se valde diversa sunt etiam in origine, & adæquata distinctione distinguuntur; ac proinde dispositio, quæ de mandatis ortis à Generalibus Comitijs loquitur, cum stricti juris sit, extendi non valet, nec trahi ad consequentiam, quoad mandata, quæ imponuntur à Praelato Generali ex sua separata jurisdictione.

59. Circumstantiae illæ, quæ in ipsa dispositione reperiuntur, licet non multum conducant ad praesens institutum, tamen examinanda veniunt, ut talis dispositio vberius dignoscatur. Observandum ergo est, quod dum dicitur: *Quæ Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provintie judicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum Reformationi, aut commodo diffentanea, Censura circa talia mandata specialia committitur judicio eorum, qui sunt de actuali Diffinitorio Provinciae.* Judicium autem, prout ad praesens attinet, idem est ac conscientia; vtrumque enim est dictamen rationis, prout docet Thomas Sanchez, *de Matrim. lib. 3. disp. 8. num. 4.* Quare idem est in praefata Constitutione committere hoc negotium assignatorum judicio, quam eorum conscientiæ discutiendum tradere; in hac verò acceptione judicium à Doctoribus describi solet, ita ut sit virtus animi, qua decernimus, quid amplectendum, quid fugiendum, & vera à falsis, viiliaque à noxijs separamus, ac nos ipsos, & alios instruimus, rationibus vtrumque discussis. Unde in nostro casu dum assignatis committitur judicium de convenientia, vel inconvenientia mandatorum cuius Reformatione, vel commodo Provincij, non datur illis facultas, ut pro libito judicent, sed ut rationibus vtrumque perpensis, dignoscendo quid ex una, vel altera par-

te

tē accipiendum, aut excludendum sit, sacerhendo vera à falso,
& vtilia à noxijs separando, rationale iudicium ferant.

60. Deinde dum in dicta dispositione assignantur p̄fati judices, non sit Sermo de Diffinitorio, sed de ijs, qui illud componunt non copullativè, sed singulariter sumptis; non enim dicitur: *Diffinitorij Provinciæ iudicio*, sed exprimitur: *Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum iudicio*: sub nomine autem personarum, quæ Collegium constituunt, non venit Collegium, aut Universitas, vt docent Mandosius, *in Regul. Cancellar. regul. 34. q. 51. num. 2. & 3. Gonçalez, in regul. 8. Cancell. Gloss. 37. a. n. 8. Barboia, tom. Variar. tract. de appellat. verb. appellat. 198. a num. 1.* Unde non per modum Congregationis, aut Diffinitorij, sed solum singulis separatim sumptis, competit illis hujusmodi iudicium ferre. Ex quo resultat, quod, vt ordinatum in Constitutione integrè compleatur, non sufficit iudicium majoris partis assignatorum, sed necessarium est, vt omnium, & singulorum iudicium sit de hoc, quod mandatum dissentaneum est Reformationi, aut commodo Discalceatorum, ad hoc vt ad id Provincia non teneatue: quare vnius deficiente iudicio, aut in contrarium abenit, mandatum excludi non potest; tunc enim non verificatur conditio pro forma posita, nempe quod tale mandatum iudicio Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum dissentaneum Reformationi, aut commodo videatur. Si autem major pars assignatorum sufficeret ad p̄fatum iudicium firmandum, sicut in ipsam Constitutione loquendo de strictioribus Statutis Provinciæ paulò ante dicitur: *In pleno Capitulo Provinciali, aut à majori parte recepta.* Ita similiter in altera Clausula de personis assignatis eodem modo institucretur sermo. Cum vero non Diffinitorium, sed personas illud componentes separatim sumptas singulariter assignet dispositio, earum omnium, & singularium iudicium de re affirmans exigit, qua forma non servata, minime valere potest iudicium.

61. Præterea quia exigitur quod ad deobligationem circa mandatum, illud juxta assignatorum iudicium sit dissentaneum Reformationi, non intelligitur *Reformatio* tamquam nomen appellativum ipsius gremij Provinciarum, quod *Reformatio* vocari solet, sed solum accipi debet pro illa forma,

46.

& ratione, vnde tale nomen consurgit, nempe rigor vita Regularis, austeras in Observantia, & strictior disciplina. Nec haec collatio mandati fieri debet cum illa prima, & valde rigorosa austerritate, quae in primordijs Discalceatorum fuit inventa, sed solum cum illa Reformatione, aut rigorosa, & strictiori Observantia, quae tunc temporis in Provincia viget; haec quidem, & non illa antiquata est illius Reformatio; quare si mandatum non est dissentaneum austerrati praesenti, licet cum jam antiquata non conveniat, excludi non potest.

62. Circa aliam particulam, nempe *commodo* aderti debet, quod per *Commodum* solum utilitas, emolumentum, aut opportunitas significatur; haec autem in casu praesenti nihil respicere debent temporale, quod ab instituto, & prescripto Regulae, & ejus strictiori observantia distrahat; alias quidem tale *commodum* Reformationi consentaneum non esset; sed tantum dicit illud, quod aliquo pacto Reformationem promovet, & conservat, ac proinde ei utile, opportunum, & valde consonum sit. Unde per dictio;nem illam intelligi debet quidquid ad Reformationem aliquo pacto conductit, siquidem commoda temporalia, praeceps ut talia, & in latitudinem, potius quam in austerritatem influentia, sine instituti detimento afferri nequeunt.

63. Circumstantiae ergo omnes seorsim, maturè, & cum maxima circumspectione considerari debent; nam cum stemus in odiosis, & hoc Privilegium Discalceatorum, utpote à jure exorbitans, strictissimi juris sit, solum ad expressa juxta suam rigorosam, & ad rem pertinentem significationem accipendum est, & limitandum, atque restringendum, quin ultra extensio;nem, aut ampliatione gaudere valeat, ne quod concessum fuit in augmentum, & promotionem Reformationis Discalceatorum, ob ejus abusum vertatur in illius detrimentum, & destructionem.

64. Ex præhabitibus convincitur, allatam dispositionem minimè loqui de mandatis Prælatorum Generalium, sed solum de specialibus Decretis à Generalibus Comitijs emanatis, quare ad rem non pertinet, prout optabat Scriptor. Attamen, quia in Compendio Apostolicarum Constitutionum circa Discalceatorum Provincias ad calcem Compilationis Illustrissimi Samaniego, cap. 12. §. 2. apposita, prædictæ Constitutioni alia

47.

alia intelligentia confertur, dum sic dicitur : *Nec tentantur adhuc ad specialia Prelatorum Generalium pro suo tempore facta Decreta, &c.* Licet hic sensus juxta superius dicta, sit violentus, & nulla alia autoritate suffultus, ac fortè ex Amanuensium incuria adhibitus, etiam in illo loqui fas erit. Supponatur ergo, quod prædicta dispositio procedat de mandatis, quæ Superiores Generales per sua Decreta evulgare solent : Quid inde ? Numquid ex hoc mandatum de Cantu Gregoriano inducendo prohibitum manet ? Minimè. Ratio est manifesta, quia allata dispositio non procedit de quibuslibet mandatis, sed solum de specialibus, prout in ipsa exprimitur, dum assertur : *Nec ad specialia eorumdem Superiorum mandata* : Unde ex hoc sequitur, quod in tali suppositione Discalceati tene-rentur ad Generalia, seu universalia Superiorum Generalium mandata, non solum quia exceptio firmat regulam in contrarium; verum etiam quia specialis dispositio in uno casu nedum non tribuit facultatem arguendi, sed imo facit, quod in alijs casibus non expressis jus commune sit contrarium, juxta tradi-ta per Barbosa, tom. Variar. tratt. de Axiomat. Jur. axiomat. 211.n.5. Cum ergo solum procedat hujusmodi dispositio de-mandatis specialibus, non autem de generalibus, seu universalibus ; ex ipsamet dispositione sequitur, quod ad omnia alia mandata, præter specialia, jus commune, quo inferiores ab-solutè tenentur obedire suis Pralatis omnino firmatur. Ex quo patet, quod cum mandatum de Cantu Gregoriano adducendo, licet comprehendat Discalceatos, non tamen est spe-ciale, sed generale, & universalе, siquidem ad omnes omnino Ordinis Provincias extenditur, quare adhuc in allata suppo-sitione, quod præfata Constitutio procederet de mandatis Prelatorum Generalium, exceptum erat, imo ex ipsa firma-tum ; nam jus commune obedientiam subditorum decernens quoad hunc casum ex ipsa dispositione robur acciperet.

65. Quomodo cumque autem præfata dispositio assuma-tur, adhuc non videntur circumstantiae, & conditiones ibi assignatae, vt ex ea excludi possit mandatum de Cantu Eccle-siastico apud Discalceatos exercendo ; nempe, quod manda-tum excludendum judicio Ministri Provincialis, Custodis, & Dissinitorum Provinciæ sit dissentaneum Reformationi, aut commodo Discalceatorum. Hucusque enim nulla talis appa-ruit

48.

tuit declaratio, iudicis in quibusdam Discalceatorum Provincijs ex quo hujusmodi mandatum evulgatum fuit, Cartus Planus fuit in praxi acceptus, quin vergat in detrimentum Reformationis, aut comodi earum; unde tale testimonium nihil probat.

66. Aliud autem testimonium, quod Scriptor adducit, est Urbani VIII. Constitutio, *Altas postquam 30. Julij 1642*, ab eodem Summo Pontifice confirmata in altera Bulla, *Alias profecit 22. Decembris 1642*. Et licet conveniens esset, nunc plurimas ejusdem Constitutionis Clausulas per extensum ponere, tamen quia eas expendere in inferioribus opportuniiori loco, vbi videri queunt, necesse erit, hic tantum refero eam Clausulam, quam Scriptor adducit. Ait quidem Urbanus Octavus in praefata Constitutione: *Quodque prefata Provincia, & Custodis dictorum Fratrum Discalceatorum, nunc & pro tempore existentes in eisdem Hispaniarum, & Indiarum partibus per sua propria Statuta, Ordinationes, & leges gubernentur absque eo, quod Generalibus totius Ordinis Statutis, & consuetudinibus subjaceant.* Ham Clausulam adducit Scriptor, & non alias, quae ex Clemente Octavo, & eodem Urbano Octavo appositae sunt supra n. 45. nam in ista posteriori non apponitur dictio illa: *Suis anterioribus Constitutionibus*; quae in alijs supra adductis habetur. Attamen licet in Clausula, quae a Scriptore adducitur non exprimatur talis dictio, in altera ejusdem Constitutionis Clausula, quam Scriptor non commemorat, datur pro expresa his verbis: *Ipsique Fratres Discalceati Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi, sub eisdem panis per contrafacentes eo ipso incurriendis, juxta Statuta, & Ordinationes Provinciarum hujusmodi vivent, & regerentur, ac alios prout in diversis nostris in simili forma Brevis literis desuper expeditis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volamus, cibarius continetur.* Ecce Summus Pontifex quoad hanc rem in praesenti Constitutione voluit haberi pro expressis diversas alias suas literas antea expeditas, nempe illas Constitutiones ipsius Urbani Octavi, supra n. 45. adductas, in quibus, ut ibi transcriptum est, sermo de arctioribus Discalceatorum Statutis sit; quare & de his, & non alijs mitioribus in praesenti Constitutione loquitur.

67. Et licet haec expressionis Clausula minimè adstaret,

ad-

49.

adhuc in posteriori Constitutione intelligi deberet dictio illa apposita in antea expeditis; nam nec in praefata Constitutione, Alias postquam, nec in vlla alia ex posterioribus repetitum accipitur illud, quod in primis Bullis continetur de specialibus mandatis; siquidem aliae Constitutiones solum de Statutis Generalibus loquuntur; nihilominus tamen illa ultima verba de mandatis specialibus, tamquam consistentia à Scriptore allegantur, quamvis in sequentibus omissa, quia censentur repetita; nam ut ex pluribus adductis Decisionibus Rotæ, docet Barbosa, tom. Variar. tract. de Clauſul. fur. tit. de Clauſul. in gener. n. 11. Clauſulae appositæ in prima commissione censentur in omnibus repetitas; qui etiam Barbosa, vot. decif. lib. 2. vot. 52. num. 25. ait, quod Statutum posterius debet intelligi secundum tenorem primi, & ab eo recipit interpretationem, ne alias inducatur contrarietas. Unde ubicumque in posterioribus Bullis repetitur praefata dispositio intelligi debet secundum suam primam editionem, nempe quod solum de Statutis arctioribus Discalceatorum loquatur, & non de illis, quæ arctiora non sunt.

68. Ultimum instrumentum à Scriptore adductum est quedam clausula Bullæ Urbani Octavi, pro Provincia S. Gabrielis, Alijs Nos, 3. Octobris 1643. Attamen oportet talem clausulam majori latitudinie asserre, ibidem enim decernit Urbanus Octavus: *Quod Minister Provincialis dictæ Provinciae S. Gabrielis Fratrum Discalceatorum hujusmodi in proximè celaz brando ejusdem Provinciae Capitulo Provinciali, ad Capitularium, seu altam domum Regularem dictæ Provinciae Ordinis hujusmodi sibi bene visam, & per eum eligendam, ante vel post ipsius Capituli Provincialis celebrationem, eos dilectæ Provinciae Fratres Discalceatos hujusmodi, qui allias Ministratus Provincialis numero famili fuerunt, convocet, & convocare debet, qui sic concocati, & Congregati cum Diffinitorio eorum propria Statuta, & Ordinationes condant pro facili dictæ Provinciae regimine, majorisque perfectionis, quoad vitam & bonos mores, conservatione, quam ipsa Provincia profitetur, statutaque, & Ordinationes hujusmodi exactæ, & summo cum rigore obseruentur, & per ea dictæ Provincia, & illius Fratres Discalceati hujusmodi gubernentur absque eo, quod Generalibus ipsius Ordinis, aut alijs Statutis, & consuetudinibus subjacent, sed ijs duantaxat, quæ ab ipsis Congregatis, & Diffinitorio edentur, subsint.*

Ecce

50.

69. Ecce alia forma designata ad Statuta condenda, non quidem in Capitulo Provinciali, nec per majorem partem Capituli, sed solum in Coetu Ex-Ministrorum Provincialium, & Difinitorio. Numquid hanc novam formam Statuta edendi tenentur observare omnes Discalceatorum Provinciae? Profecto non istam, sed aliam ab ipso Urbano Octavo assignatam de strictioribus Statutis pro Provincia S. Joannis Baptiste, in pleno Capitulo Provinciali, seu à maiore parte Capituli recipiendis, prout expressum manet supra n. 45. observant, & observare debent aliae Discalceatorum Provinciae, ut pote contentam in illa Bulla ejus dispositiones, & privilegia extensa fuerunt ad alias Discalceatorum Provincias, prout qualibet de tali extensione sibi curavit.

70. Attamen in hac altera forma singulari condendi Statuta, etiam strictior observantia commendatur; nam quid tales sonant verba illa: *Ordinationes condant profaci diete Provincie regimine, majorisque perfectionis quoad vitam, & bonos mores conservatione, quam ipsa Provincia profitetur; Statutaque & Ordinationes hujusmodi exacte, & summo cum rigore observentur.* Ubi cum enim conceditur facultas Discalceatis à Sede Apostolica, ut sibi condant Statuta, quibus regantur, & deobligentur à Generalibus Statutis Ordinis, est cum onere illo, quod talia Statuta condenda strictiora sint Generalibus; in ijs autem, in quibus Municipalia Statuta strictiora non apparent, proculdubio Constitutionibus Generalibus subdennatur. Nam cum finis intentus à Summis Pontificibus sit, quod Discalceatorum Provinciae regantur per Statuta, ita austerioritate suffulta, ut eorum exalta, & rigidissima Observantia conservetur, atque stabilitas majoris, & amplioris perfectionis, quoad vitæ austernitatem, & bonorum morum promotionem obtineatur, ideo Sedes Apostolica eis confert facultatem, ut sibi Statuta condant, sed cum gravamine, quod debeant esse strictiora, ut finis intentus habeatur; & dum hoc modo fuerint stabilita, releventur Discalceati ab obligatione quoad Statuta Generalia Ordinis, quæ ita stricta non sunt. Unde solum in ijs, circa quæ Discalceati habent strictiora, & rigidiora Statuta, eximuntur ab observatione Constitutionum Generalem; in alijs autem, quæ ita non se habuerint, Generalibus Ordinis Statutis subdi debent, ut obtineatur intentum

Sc-

51.

Sedis Apostolicæ; nempe, quod in cunctis Minores Discalceati strictioribus Statutis gubernentur.

L. 71. Imo si cum reflexione opportuna hoc negocium consideretur, etiam si allata deobligatio quoad omnia Statuta Generalia intelligenda esset, nonnulla ratio probabilitatis appetet renunciationis istius privilegij de non obligari ad leges communes Ordinis, si non verbo, aut scripto, saltim ipso facto à Discalceatis praestitæ. Quod suadetur ex communi praxi; nam ad legum conditionem solum vota habere queunt illi, qui ipsis legibus, aut Statutis ligantur; nec ab alijs effici possunt; quia ut afferit *Tamburinus*, de Jure Abbat. tom. 3. disp. 3. quæ sit. 1. n. 3. Statutum fieri debet ex eorum consensu, quorum interest; unde eorum omnium, quibus Statuta condere datum est, interest talium Statutorum editio, ac proinde eis resultat obligatio ad ea observanda. Cum ergo in Generalibus Comitijs tam in Generali Discretorio, quam in Diffinitorio Generali concurrent Vocales ex Discalceatorum Provincijs cum jure, & exercitio sua vota exhibendi ad Statuta Generalia efformanda; hinc est, quod eorum interest talium Statutorum efformatio, ac proinde ad ea observanda saltim in ijs, quæ sua Reformationi non opponuntur, illis resultat obligatio; ex eo enim quod Discalceati, ut legitimi vocales ad talia Statuta edenda accedant, suum interesse in illis efformandis demonstrant, & consequenter facto ipso, privilegio, si aliquod esset de nulla obligatione ad Generalia Statuta, renunciant.

72. Et confirmatur; quia in Generalibus Comitijs solum concurrunt Vocales ad eas actiones, ad quas aliquod interesse habent, & unde eis oritur aliqua obligatio. Unde omnes Vocales accedunt ad electionem Ministri Generalis, & inde provenit, quod ei teneantur obedire. Ad electionem autem Comissarij, & Diffinitorum Generalium Familia solum veniunt illius Familiae Vocales, & non alijs quia non aliorum, sed solum Vocalium ipsius Familiae interest talis electio, & eis adhaeret obligatio ad patendum. Similiter accedit in electionibus Officialium Curiæ, in quibus quodcumque gremium Provincialium tantum accedit ad electionem sui Procuratoris respectivè; quare ex quo Discalceati Hispaniarum, & Galliarum Recollecti suum specialem Procuratorem Generalem obtinuer-

G

tunt,

57.

sunt, solum ad istius electionem concurrunt, non autem ad Officialem Curiam pro ista Familia Cismontana eligendum.

73. Similiter evenit in Statutorum cōditione; nam quoad Ordinationes utramque Familiam concernentes Vocales omnes vocem habent; ceterum in Statutis Generalibus pro una tantum Familia solum voto gaudent, qui ad illam Familiam pertinent. In Familia autem Ultramontana Reformati sua sibi condunt Reformata Statuta, quin Observantes, quia illorum non interest, ad ea efformanda interveniant. Ceterum Reformati adhuc concurrunt ad editionem Statutorum Generalium illius Familiae, quia illorum interest; nam ut declaravit Gregorius XIII. ad ea tenentur in ijs omnibus, quae Reformationi lue non adversantur, prout patet ex ipsius Summi Pontificis Constitutione: *Cum illius*, 3. Junij. 1579. ibi: *Volumus tamen, quod si in Capitulis Generalibus Constitutiones aliquæ, vel Decreta præsentibus literis, & huius Observantiae priori non contraria, sed quæ magis ei favere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea observare omnino teneantur.* Quam Constitutionem confirmatam dedit Clemens Octavus in alia Bulla, *Pro injuncti Nobis*, 12. Octobris 1596. Prædictæ igitur praxis nulla alia ratio esse potest, nisi quia in Generalibus Comitijs tam ad electiones, quam ad leges edendas non alij accedere queunt, nisi illi, quorum interest, & quibus inde aliqua resultat obligatio.

74. Cum ergo hoc verum sit, & omnino rationi, ac juri consonum; quo jure in Generalibus Comitijs accedunt Vocales Discalceati ad leges Ordinis Generales condendas, si illorum hoc non interest, nec ad eas observandas illis vila advenit obligatio? Quia vero inconcussè observatum est, quod Vocales Discalceati in Generalibus Capitulis hoc munere gaudeant in Generali Disfinitorio, & in Discretorio, non solum quando Discretorium Generale ex cunctis Vocalibus coalescebat, sed etiam postea dum ex Romanis Statutis 1688. pro nostra Cismontana Familia, num. 15. tantum assignati Vocales ad hoc opus concurrunt; hi enim nominantur ex omnibus Nationibus respectivè ex Observantibus, Discalceatis, & Tertiariis, prout in ipsis Statutis recensetur; necnon aliquando Praeses ipsius Generalis Discretorij assignatus fuit quidam ex Discalceatis Vocalibus, sicut & vidimus in proxime celebra-

53.

brato Capitulo Generali Mediolanensi; ex hac præxi debet dici, quod Discalceatorum interest Generalium legum conditio, & quod ex hujusmodi Generalibus Statutis illis resultat aliqua ad observantiam, saltim in ijs, quæ suæ Reformationi non adversantur, obligatio; ac proinde colligitur, quod ex tali Congressu ad Generalium legum conditionem renunciarunt Discalceati privilegio exemptionis ab observantia Statutorum Generalium, casu quo tale privilegium eos omnino deobligaret.

75. Nec obstat, quod Vocales Galli, & Germano-Belgici in Generalibus Comitijs etiam vocem habeant quoad Statuta Generalia totius Ordinis, & hujus Cismontanae Familiae, licet non omnino ad eorum observantiam teneantur; sed ad suas Nationales leges: hoc quidem non obstat; nam præfatae Nationes sua Statuta habent dependenter à Capitulis Generalibus, vbi & pro ipsis Statuta à Discretorio, & Diffinitorio Generali concursu vocalium aliarum Nationum decernuntur, ex quo induunt pro ipsis rationem Statutorum Generalium; necnon & in illis, quæ in suis præfatis Municipalibus Statutis non exprimuntur, omnino dependent ab Ordinationibus Generalibus Ordinis, & Familiae Cismontanae. Quod quidem adamussim recensere, prout in Actis Generalium Comitorum habetur, valde prolixum esset, videri autem valet in Statutis Generalibus tam antiquis, quam recentioribus nostra Cismontanae Familiae, & satis constat ex Commentarijs R. P. Fr. Gaudentij Kerckhove in Statuta Germano-Belgica, quibus dedit titulum: *Commentarij in Generalia Statuta Ordinis S. Francisci Fratrum Minorum Provincijs Nationis Germano-Belgicæ in Capitulo Generali Toletano anno 1633. accommodata, ac posterioribus Ordinis Decisionibus illustrata.* Talis autem diversitas in Statutis profectò necessaria est; nam Nationes illæ ob diversitatem Regionum commode gubernari non possunt ijs cunctis legibus, quæ in nostra Familia Cismontana, præcipue Natione Hispanica considerata, sunt statutæ; qua de causa etiam pro Provincijs Indianum speciales Ordinationes conditæ sunt; necnon & intra Hispaniam Provincijs datur facultas, ut singulæ possint, ultra ea, quæ in Generalibus Statutis continentur, alia sibi Municipalia accommodare.

54.

76. Unde cum Nationes Gallicana, & Germano-Belgica sua Statuta habeant cum præfata dependentia à Comitijs Generalibus, & Statutis nostræ Familiae Cismontanae, & totius Ordinis, meritò earum Vocales intersunt legum Generalium conditionis; siquidem illorum interest de earum legum rectitudine, ac legitimitate, atque eis redundat, vel redundare potest aliqua ad ipsarum Constitutionum observantiam obligatio. Cæterum Discalceati, qui in cædem Natione Hispanica reperiuntur, & ideo ratione Regionum non multa varietate legum indigent, si ex suis Priviligijs omnimodam deobligationem à Statutis Generalibus, & Generalibus, & Specialibus mandatis promulgatis, ac promulgandis proclamat, qua ratione, vel quo jure eorum concurrunt conditioni? Si verò aliquo jure id munus Vocales Discalceati, exercent, signum est, quod Discalceatorum interest, & illorum Provincej inde aliqua obligatio ad observantiam resultat, ex quo colligitur, quod ea ipsa actione præallegatis Priviligijs renuncient.

77. Ex omnibus igitur prædictis aperè dignoscitur, quod propositio illa à Scriptore in suæ probationis syllogismo pro majori præmissa possita, nempe quod Discalceatorum Provinciæ non tenentur mandatis Ministrorum Generalium, cum hujusmodi mandata directè, vel indirectè suæ Reformationi, aut Municipalibus legibus opponuntur, nec est Decretum à plurimis Summis Pontificibus latum, nec in se vilam continet veritatem.

SECTIO III.

EXTENSIO PRIVILEGIORUM APUD
Provincias Discalceatorum
examinatur.

SCRIPTUM ANONYMUM.

A que se debe añadir, que estos favores, y Decretos Pontificios son comunes à todas las Provincias Descalças, como consta de vna Bulla de Urbano Octavo, cuyo principio,

Ex-

Ibid. *Exponi Nobis*, donde dice: *At insuper, quod
fol. 323 omnes, & singulæ Provincie prædictæ Hispania-
rum Fratrum Discalceatorum hujusmodi com-
prehendantur, & participant quibuscumque Pri-
vilegijs, literis Apostolicis, & Decretis quovis-
modo cuivis ipsarum Provinciarum particulari-
tèr, & speciatim concessis, perinde ac si illa om-
nibus & singulis Provincijs prædictis in genere
circa banc materiam concessa fuissent, indulge-
mus.*

ENUCLEATIO.

1. **V**ERA quidem est extensio Apostolicarum consti-
tutionum, & indultorum quoad omnes Discal-
ceatorum Provincias, etiam si aliqua ex ijs in sua prima expedi-
tione pro vna sola ex eisdem Provincijs fuissent emanata.
Cæterum ad hoc suadendum circa præsens institutum, præfa-
tum testimonium perperam adducitur, & nihil probat.

2. Hoc autem vel maximè convincitur ex eo quod Urba-
nus Octavus in Bulla *Exponi Nobis*, 7. Februarij 1643. pro
Provincia S. Gabrielis emanata, decrevit, quod Curati Ordinii
Militarium minimè impeditent, Fratres Discalceatos
prædictæ Provinciæ apud Ecclesiæ suorum Conventuum, etiā
si essent in territorio jurisdictionis præfatorum Ordinum Mi-
litariū, sepelire posse eos omnes, qui ibidem sepulturā elegi-
scent, & simul ordinavit, quod Visitatores taliū Ordinū Milita-
riū nullo pacto visitare valerent Convētus prædictæ Provinciæ,
licet in terris pertinentibus ad tales Militares Ordines essent
cōstructi. Quia verò hoc indultum, aut privilegium, vel potius
juris declaratio, solum pro S. Gabrielis Provincia tunc emana-
vit, deinde ipse Urbanus Octavus in altera Bulla, *Exponi No-
bis*, 4. Martij 1643. Præfatam dispositionem extensam fecit
pro alijs Discalceatorum Provincijs, & in hac Bulla extensio-
nis apposuit clausulam à Scriptore adductam, in qua non om-
nia Privilegia in quacunque materia alicui ex Discalceatoriū Pro-
vincijs cōcessa ad alias extēdit, sed solum ea omnia indulta, pri-
vilegia, & Decreta, quæ in hac determinata materia & sepul-
ture, & Visitationis fuissent emanata, communia fecit omnibus
illis Provincijs, prout satis exprimitur in illa clausula: *Perinde
ac*

56.

ac si illa omnibus, & singulis Provincijs prædictis ingenere circa hanc materiam concessa fuissent. Per hæc quidem verba limitatur, restringitur Prærogitorum extensio ad hanc materiam prædictam, de qua tunc agebatur, quin ad aliam ampliari ex hac constitutione valeat; vnde trahere illam ad præsens institutum, quid inutile censer debet.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Ibidem & in B.
Hario
Rom.

Y en la misma forma Alejandro Septimo en sus Letras, que empiezan, *Exponi Nobis*, Con las palabras siguientes: *Prærogia memora-
tata Provincijs S. Joseph, & S. Joannis Bap-
tistæ, ut præfertur concessa, & confirmata reli-
quas omnes Provincias Fratrum Reformatorum,
seu Discalceatorum stricctoris Observantiae bu-
jusmodi in Hispania, & Indijs consistentes com-
prehendere, eisque omnibus, & per omnia suffra-
gari debere, auctoritate Apostolica tenore Pra-
sentium declaramus.*

ENUCLEATIO.

3. **H**ÆC extensio reperitur in Bulla Alexandri Septimi: *Exponi Nobis*, 5. Nohembri 1665. Attamen nec hoc testimonium probat assumptum à Scriptore appositum; præsens extensio non procedit de omnibus omnino Prærogijis cuiilibet Discalceatorum Provinciæ concessis, ita ut inter ipsas Provincias fiat reciproca Prærogitorum communicatio, sed solum versatur circa ea prærogia, quæ in exordio ipsius Bullæ, ad quod ejus decisio refertur, exprimuntur; ibi autem dicitur: *Dudum fœlicis recordationis Gregorius Papa XIII.* Prædecessor noster diversa Prærogia Fratribus Reformatis Provinciarum S. Josephi, & S. Joannis Baptiste in Hispania consistentibus stricctoris Observantiae bujusmodi concessit, quæ præsenter respectu Fratrum de Observantia à rec. mem. Clemente Octavo, & Urbano Octavo Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris confirmata fuerunt. Hæc quidem extensio solum procedit de præfatis Prærogijis concessis à Gregorio XIII. & confirmatis à Clemente, & Urbano pro Provincijs S. Joseph, & S. Joannis Baptiste; ynde solum indulta à Gre-

57*

gorio XIII. concessa, & deinde pro illis Provincijs confirmata à Clemente, & Urbano Octavo ad alias extenduntur; quare alia Privilegia non à Gregorio, sed ab alijs Summis Pontificibus concessa, inclusa non habentur in hac extensione, & ideo non omnino probat intentum Scriptoris, cum ipse adduxisset testimonium desumptum ex Bulla, *Alias Nos*, pro Provincia S. Gabrielis emanata, quæ quidem in extensione Alexandrina non continetur, sicut nec alia, quæ non concedit Gregorio XIII. sed ab alijs suis Successoribus emanata sunt.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Y aun con Cláusulas mas claras, y fuertes el Señor Papa Urbano Octavo en la Bulla citada, *Alias As demum*, dice, *quod diit Provincie, & Custodiæ eorumdem Discalceatorum Indianarum præsentes, & futurae quārumvis literarum Privilegiorum, & Gratiarum à Sede Apostolica Provincijs Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, videlicet, S. Josephi, S. Pauli, & S. Joannis Baptiste concessorum, & concedendorum participes sint, statuimus, & ordinamus.* Consta, pues, de la verdad de la mayor.

ENUCLEATIO.

4. Extensio ista habetur in Bulla, *Alias pro felici*, 22. Decembris 1642. ab Urbano Octavo expedita; ceterum nec ex hoc testimonio constat omni modo Privilegiorum, nec quoad omnes Discalceatorum Provincias extensio; nam ex predicta Cláusula solum obtinetur extensio Privilegiorum, quæ concessa erant, & concedenda essent Provincijs S. Joseph, S. Pauli, & S. Joannis Baptiste ad Provincias, & Custodias Indianarum existentes, & futuras, vnde hæc communicatio non extenditur ad Provincias Discalceatorum extra Indianarum Regiones consistentes, nec includit Privilegia alijs Provincijs, præter expressas, concessa, & concedenda; quare non omnino probat intentum predicta Cláusula, nec seorsim sumpta, nec simul cum alijs à Scriptore ad hoc adductis accepta, prout ex sufficienti partium enumeratione patet.

5. Nihilominus tamen verum est quod omnes Discalcea-

58.

torum Provinciae vbiique existentes gaudent ijsdem Priviligijs; etiam si aliqua istorum initio solum fuerint concessa pro aliqua particulari Provincia. Et ratio est, quia plurima ex predictis Priviligijs concessa fuerunt absolute pro omnibus Discalceatorum Provincijs ingenere, ut patet ex Bulla, *Altas Fælicis 8. Aprilis 1642.* Ab Urbano Octavo expedita, & alia ejusdem Pontificis, *Religiosos Viros 3. Decembris 1635.* Et similiter altera ipsius, *Altas postquam, 30. Julij 1642.* Circa alia vero privilegia, quæ solum pro aliqua speciali Provincia fuerunt emanata, extat extensio, qua dignoscitur ex allatis testimonijis; quia autem non omnium communicatio ex illis convincitur, recurrendum est ad particulares extensiones; nam quilibet Discalceatorum Provincia de hac re sibi consulens à Sede Apostolica talem extensionem obtinuit, vel in Bulla sua erectionis, vel deinde in alio indulto postea acquisito, ex quibus aliqua referam; nam omnia recensere, valde diffusum esset.

6. Provincia Mexicana in sua erectionis Bulla Clementis Octavi, *Quæ ad Religionum, 16. Septembris anni 1599.* sic habet: *Illiisque sic erectæ, & institutæ, ejusque futuris pro tempore Provinciali, Diffinitoribus, & Fratribus, ut omnibus, & singulis Priviligijs, gratijs, antelationibus, prerogativis, præeminentijs, indultis, & indulgentijs, quibus aliae Provinciae ejusdem Ordinis, & praesertim Provincia S. Josephi Discalceatorum, à qua hac S. Didaci emanavit, earumque Provinciales, Diffinitores, & Fratres de jure, usu, consuetudine, aut alijs quomodo libet fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac frui potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & sine aliqua prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, & debeant, auctoritate, & tenore predictis, concedimus, & indulgenus.*

7. Provincia Valentina S. Joannis Baptiste jam erecta, & firmata latam extensionem, & communicationem Priviligeriorum à Clemente Octavo in Bulla, *Ex injuncto Nobis, 29. Novembris 1599.* hoc pacto obtinuit: *Præterea eidem Provinciae S. Joannis Baptiste, ac illius Custodi, & Ministro Provinciali, neconon Guardianis, Conventibus, & Fratribus universis, nunc & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis gratijs, indultis, Priviligijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, indulgentijs, & literis Apostolicis, tam prædictis,*

59.

detra S. Josephi, quām quibusvis alijs ejusdem Ordinis Fratrum Discalceatorum Provin. ijs, per quoscumque Romanos Pontifices Predecessores nostrōs, ac Nos, Sedem Apostolicam, hacenius concessis, in posterum concedendis, eque, ac si ipsimet Provinciae S. Joannis Baptista nominatim concessa fuissent, frui, potiri, gaudere perpetuō possint, valeant. Quam eamdem extensionem pro ipsa Provincia fecit Urbanus Octavus in Bulla, Cum ea 15. Junij 1639.

8. Pariter Lusitanæ Provinciæ S. Antonij post plures annos à sua creatione Urbanus Octavus in Bulla, Cum sicut 1. Decembbris 1639. ita concessit: Ministro Provinciali, Custodi, necnon Guardianis, Conventibus, & Fratribus universis dictæ Provinciæ, nunc, pro tempore existentibus, et omnibus, singulis gratijs, indultis, & Privilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, indulgentijs, & literis Apostolicijs, tam S. Josephi, & S. Pauli, quām quibusvis alijs ejusdem Ordinis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum Provincijs, per quoscumque Romanos Pontifices, ac per Nos, Sedem Apostolicam predictam hacenius concessis, in posterum concedendis, eque ac si ipsimet Provinciae S. Antonij nominatim concessa fuissent, frui, potiri, gaudere perpetuō possint, valeant, auctoritate, tenore predictis pariter perpetuō concedimus, indulgemus.

9. Similiter Provincia S. Gabrielis ab eodem Urbano Octavo in Bulla, Alias Nos 3. Octobris 1643. Sic accepit: ** Quod eadem S. Gabrielis Provincia, illiusque Fratres Discalceati hujusmodi omnibus, & singulis literis Apostolicis, Privilegijs, & gratijs, tam spiritualibus, quām temporalibus concessis hacenius, & in posterum concedendis a Sede Apostolica primo dictis eorumdem Fratrum Discalceatorum alijs Provincijs Hispaniarum, & Indianum participant, & gaudeant, tenore praesentium Statutus, decernimus, & ordinamus. *

10. Mea autem Provincia Granatensis S. Petri de Alcantara in sua ipsa creatione similem extensionem, & communicacionem Privilegiorum ab Alexandro Septimo in Bulla, Sacrosancti Apostolatus, 4. Augusti 1659. hoc modo obtinuit: ** Quam Provinciam Beati Petri de Alcantara de novo, sicut præfertur, erectam, & institutam, volumus inter Provincias

60.

predicti Ordinis Minorum Regularis Observantiae Authoritate Apostolica creditas, & approbatas aggregari, & annimetrari, & aggregatam, & annumeratam esse statuimus, & decernimus, omnibusque concessionibus, gratijs, indultis, & literis Apostolicis eidem S. Joannis Baptista, & alijs dicti Ordinis Provincijs Discalceatis concessis, & pro tempore concedendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter concessa essent. *

11. Cum autem praefata Granatensis Provincia S. Petri de Alcantara ex concessione Clementis Noni anno 1668. quinque Conventus acciperet in Civitate, & Regno Neapolitano ex ijs, qui remanserant ex jam extinta Conventualium Reformatione, & in praefatis domibus Religiosi dictæ Provinciae cum ejusdem Statutis, & moribus habitassent, Clemens Decimus in Bulla, *Apostolice servitutis*, 30. Septembris 1670. ex predictis Conventibus novam instituit Custodiā, ipsam erigens more Hispaniæ Discalceatorum, & insuper ipse Summus Pontifex in Bulla, *Ex commissi Nobis* 28. Augusti 1671. eamdem Custodiā corroborans, sic assert: ** Portò eidem Custodiz S. Petri de Alcantara, ejusque Fratribus, ut omnibus, & singulis gratijs, & Privilegijs, qua Reformationi Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis ab hac Sede hastentis quomodolibet concessa fuerunt, & in posterum quandocumque concedentur, pari modo uti, frui, & gaudere, liberè, & licite possint, & valeant autoritate, & tenore praesentium praefatis concedimus, & indulgemus. * Quæ Custodia cum eisdem allatis Privilegijs deinde erecta fuit in Provinciam ab eodem Clemente Decimo in Bulla, *Sacrosancti Apostolatus* 7. Febrarij 1675.

12. Similiter & alia Discalceatorum Provinciæ sibi conflentes talium Privilegiorum extensionem, & communicationem obtinere curarunt; quare dubium non est, quod ex omnibus cunctis illis indultis gaudcent, & quod juxta allatas Constitutiones Apostolicas debeant gubernari. Quod autem ex hoc constet, prout concludit Scriptor, de veritate suę majoris præmissæ nullus dicet; cujus autem generis sit talis veritas prætensa, sufficienter ex jam dictis pater, ad aliam

Minorem suam præmissam examinandam
deveniamus.

SEC-

SECTIO IV.

CANTUM SINE NOTA NULLOMODO AD REFORMATIONEM PERTINERE OFENDITUR.

SCRIPTUM ANONYMUM.

La menor tiene dos partes. La primera; conviene à saber , que el Canto Llano sea contra nuestra Reforma , se convence assi: Lo primero, porque de suyo entonar el Oficio Divino , y no cantarle segun las Reglas del Canto Gregoriano , es practica de todas las Reformas de la Santa Iglesia. Assi està decretado en la Orden de los Clerigos Regu-

Constitutes Teatinos : *Nulla Nos Musica , vel Cantum modulatōne, nec in Missis, quantumvis certior. lebrandis, nec in quibusvis Horis Canoniciis regul. citandis in Ecclesijs nostris utimur.* Y assi lo Teat. p. practican los Padres Capuchinos, Carmelitas 1. cap. 1. Descalços, Barnabitas, y Clerigos Menores, como observò el P. Magio en el lugar mar-

Magio ginado : *Hunc nostrum canendi modum pleride Ofic. que Ordines, qui post nostrum Ordinem sunt sed Div. discuti, imitati esse videntur, praesertim Capucinis, Carmelitæ Discalceati, Barnabita, & Clerici Minores.*

ENUCLEATIO.

1. **N**ovus arguendi modus his in clausulis invenitur ; vt enim probet, Cantum Plānum esse contra Discalceatorum Reformationem , assūrit Scriptor , quod Cantus sine Nota est praxis omnium Reformationum Sanctæ Ecclesiar. & ad hanc universem propositionem probandam , adducit Statutum cuiusdam Religionis , qua Reformatio non est. Nullus quidem Religionem Clericorum Reguliarium Teatinorum , Reformationem dixit ; nec assignari potest Regula, aut Religio aliqua , quam ipsi Clerici Regulares reformaverint , quod necessarium erat , vt Reformationis , & rem , & nomen obtinēret eorum Religiosa Congregatio.

62.

2. Nec Magius ipse , quem pro se trahit Scriptor , suum Ordinem Reformationem vocat, nec asserit, quod Cantus sine Nota ad Reformationem pertineat. Similiter Rotarius ex Barnabitarum Familia , latè suæ Congregationis Statuta exponens, nunquam eam Reformationem esse dixit , nec consuetudinem non vtendi Cantu Gregoriano ait pertinere ad Reformationem, sed satis prudenter de hac re loquitur in sua Theolog. Moral. Regul. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 2. dicens: *Amplectitur mea Congregatio piissimum usum recitandi Horas Canonicas in Choro , sine Cantu tamen , quem vocant firmum, aut figuratum, sed cum debitiss pausis, moderata, & devota tarditate , qua attentioni , & devotioni inservire commodè valent;* non intelligo tamen hic damnare consuetudinem tam antiquam, tam sanctam, tam piam canendi Deo Laudes, Musicis etiam adhibitis instrumentis, ad exercitandum animos, maximè debilium, & infirmorum ad devotionem, de qua Augustinus 10. Confess. Adducor cantandi consuetudinem approbare , ut per oblectamenta aurium infirmorum animus in affectum pietatis consurgat. Et de se ipso fatetur 9. Confess. Elevi in Hymnis, & Canticis tuis suave sonantis Ecclesiat tuae vocibus commotus acriter. Et D. Thomas 2. 2. q. 91. art. 2. hunc laudabilem usum canendi Deo laudes probat primò auctoritate D. Ambrosij, qui in Ecclesia Mediolanensi Cantus instituit, deinde ratione; quia Cantus validè inserviunt ad finem, propter quem instituti fuere, ut non solum corde affectibus varijs bene compositis psallatur Deo, juxta illud ad Ephesios 5. Cantantes , & plallentes in cordibus vestris Domino ; sed etiam labijs vocaliter Deo psallatur, et scilicet per Cantus , & melodias animi tam Clericorum cantantium , quam populorum audientium provocentur ad devotionem. Cum tamen in Religioso homine jam devotio presuponatur ideo à nostris antiquis Patribus, excluso in nostris Choris Cantus, assumpta fuit recitatio Psalmorum devota, qua conciliat attentionem ad tot mysteria, & ad tot salubria documenta, quæ passim in Psalmis occurrunt , & mens liberata à regulis Cantus sequendis, & observandis, magis expedita est ad ea altius ruminanda, & penetranda. Ecce quam pie, & prudenter Doctissimus Scriptor Rotarius circa hanc rem se gerit, primò quidem Cantum Ecclesiasticum, prout à Sancta Ecclesia Statutum, & auctoritate, & ratione comprobat, & deinde suæ Congrega-

tio-

tionis consuetudinem, prout debet, quia nihil habet in oppositum nec à Sede Apostolica, nec à suis Prælatis, firmare aliqua ratione ntitur, quin inutile medium Reformationis assūmat. Fundamentum tamen ab illo allatum potius contra Cantum Organicum, fractum, & figuratum, quam contra Gregorianum pugnat; nam regulæ Cantus Organici, quia prolixiores, & difficiliores plus attentionis ad observantiam exigunt; regulæ autem Cantus Plani, & facile addiscuntur, & ex habitu, atque praxi absque nimia attentione exercentur; si enim attentio ad legendum in libro Divinum Officium non impedit, quod considerentur misteria in ipso inclusa, minus impedimenti ad hoc afferre potest simplex Cantus Gregoriani exercitium. Nec solum in Religioso homine supponitur devotio, sed etiam in quolibet viro Ecclesiastico in Choro decantante; quare non est cur Religiosus excludi debeat à Cantu, ex quo alij Ecclesiastici non excluduntur. Hæc quidem latè non potuerunt acutissimum Rotarium, sed quia debuit suæ Congregationis approbare consuetudinem, rationem, quam invenire potuit, prudenter adduxit. Quod & maximè constat, quia ipse *tom. 3. lib. 2. cap. 1. punct. 5. Can. 5. Ecclesiasticum modulatum maxima eruditione, juribus, & rationibus firmat.*

3. Ex Magio etiam connumerat Scriptor Familias Religiosas, apud quas Cantus sine Nota reperitur, nempe Capuccinos, Carmelitas Discalceatos, Barnabitas, & Clericos Minorres; sed ex hoc ad intentum Reformationis nihil obtinet, cum non iste omnes Religiones Reformationes sint, nam Barnabitæ, & Clerici Minorres nullam Regulam, aut institutum reformatunt, sed proprium sibi vivendi modum autoritate Apostolica assumpserunt, quare dici non possunt Reformationes.

4. Capuccini autem, & Carmelitæ Discalceati, verè sunt Reformationes Ordinis Minorum, & Carmelitarum, sed non sunt omnes Reformationes Sanctæ Ecclesiæ, quod necessarium erat ad illam universalem propositionem probandam. Nec ex hoc, quod apud Capuccinos, & Carmelitas Discalceatos non habeatur in praxi Cantus Gregorianus, sed solum Cantus sine Nota, convincitur, quod talis Cantus sine Nota ad Reformationem pertineat; nam in hæc speciali materia Capuccini, & Discalceati Carmelitæ Ordines Minorum, & Carmelitarum mi-

64.

minimè reformarunt; quia in ipsis Ordinibus à suis exordijs Cantus Ecclesiasticus prevaluit; quare dum præfatæ Reformationes Cantum Ecclesiasticum renuerunt, & alium cantandi modum assumpsere, induxerunt quid novum, non autem institutum ad pristinum statum revocarunt: vnde ex hoc capite Reformationes dici nequeunt.

5. Quod verò ex Magij authoritate colligitur nihil aliud est, quām quod Cantus sine Nota apud quasdam Familias Reformatas, & non Reformatas indiscriminatim invenitur, quod nihil probat, nec ex hoc convincitur Cantus sine Nota ad Reformationem pertinere. Cantus quoque Gregorianus similiter se habet; nam quamplurimæ, imo ferè omnes Religiones non Reformatæ illo vtuntur, atque etiam plures ex Reformationibus, prout videmus in nostri Ordinis Regulari Observantia, quæ respectu Conventualium Reformatio fuit: nec non & talis Ecclesiasticus Catus exercetur apud Italæ nostri Ordinis Reformatos, atque apud Recollectos Germano-Belgicos, prout ex eorū Statutis, quæ in hoc sicut & in alijs quamplurimis eadem met Statura Generalia Ordinis sunt, nec non & apud Galliæ Recolectos, quæ portiones magnā partem nostræ Religionis integrant, nec minori gaudent Reformatione, quæ Capuccini. Exercetur etiam Cantus Gregorianus in Augustini ana Reformata Familia, cujus Alumni vt potè fideliter obsequentes Sedis Apostolicę Decretis nuper editis, mandatum de Cantu Plano exhibendo statim acceperunt, & executioni mandarunt, quin ob hanc laudabilem obedientiam quid deformationis sint experti. Unde ex exemplaribus adductis pro stabilitate Cantus sine Nota cum exclusione Cantus Planii nihil convincitur, quod inde ullam Reformationis speciem suadeat.

6. Ad quā rem amplius enodandam, adverti debet, quod in Religionibus Reformati, nihil aliud est, quām Familia in toto, vel in parte deformatæ ad pristinam proprij instituti Observantiam reductio, prout asserit de Gubernatis tom. 2. Orb. Seraph. lib. 6. cap. 16. §. 4. fol. 233. dicens: *Ecce quid importet Reformati: Non aliud, quām in pristinam Observantiam revocari.* Et ideo Ordinū Reformationes nec sunt, nec dicuntur novæ Religiones, sed ipsæ antiquæ ad pristinum statum restitutæ. Ex quo patet, quod ad Reformationem tantum pertinet illud, in

quo

quo Familia Reformatæ suos respectivè Ordines ad statum illum, in quo suo in exordio instituti fuerunt, revocantur. Si autem non sic se habeant, sed quid novum adducant, etiam ex dispensatione Apostolice Sedis, hac ex parte non Reformationes, sed novæ Religiones dici queunt. Reformatio namque non adducitur ad aliquod omnino novum inducendum, sed solum ad excludendos, & exterminandos subrepentes abusus, ac relaxations tam in essentialibus, quam in accidentalibus Ordinis extingendas ita, ut Religio, quæ reformatur, eadem porsus sit, & quoad essentialia, & quoad accidentalia, in Statu Reformationis, sicut in Statu sue primæ institutionis erat.

7. Hæc doctrina, præterquam quod ex ipsis terminis patet, habetur apud de Gubernatis, tom. 1. Orb. Serapb. lib. 5. cap. 3. n. 20. his verbis: *Aliquam reformare Religionem non est, novum ei esse conferre, vel novam imponere Regulam, nec semper Religio, quæ reformanda dicitur, semper in essentialibus supponitur esse corrupta; etiam si abusus nullos culpabiles, etiam si ab essentialium suorum votorum, atque constitutionum observantia non recesserit; si tamen minima negligendo, ab antiquo vita rigore, à primoœvo perfectionis exercitio recedat, sanctioris methodi regulas arctiores negligere, aut in defectus, vel minimos declinare, aut consentiri, videatur, unde gravioribus viam aperiri timeatur; quid erit indignum, si piissimo zelantium conatu, etiam si per tribulationes maximas transire, necessum sit, ad pristinam perfectionis semitam revocetur, atque ad Sancti Institutoris mentem reformatur?* Reformata itaque Religio est ipsamet Religio antiqua, sed novo zelo in antiquam suæ perfectionis semitam, atque nitorem sanctissimè reparata. Ordo quidem Reformatus novus Ordo non est, sed ipsemet antiquus ad suum pristinum statum restitutus; quare solum attinet ad Reformationem restituere id omne, quod austерitatis, aut perfectionis deperditum erat, non autem quid de novo inventum, quod in primordijs Religionis non fuerat constitutum superaddere, nisi id aliquo pacto influat in stabilitatem illius primi esse, quod in constructione Ordinis fuit statutum.

8. Cum igitur noster Seraphicus Ordo in sua prima formatione, non cum Cantu sine Nota, sed cum Cantu Ecclesiastico, & modulato institutus sit, prout latius ex inferioribus

86.

bus patebit, & hoc sane ita Statutum censeatur, ut perfectio-
ri modo Regulæ præceptum de Divino Officio juxta ordi-
nem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ persolvendo completeretur;
hinc est, quod Cantus Ecclesiastici exclusio, & Cantus sine
Nota introductio potius conducat ad Ordinis deformationem,
quam ad ejus Reformationem; est enim quid quoad nostrum
Ordinem de novo inventum, & solùm aliquando ex quadam
dispensatione, rationabili adstante causa permisum, prout
etiam ex inferioribus constabit.

9. Cum præfata doctrina optimè stat, quod aliquandò in
Reformationibus quid novum instituatur, quod antea institu-
tum non fuerit, & tale de novo Statutum ad Reformationem
pertineat, si non immedietè, directè, & per se, saltim media-
tè, indirectè, & per accidens. Hujusmodi sunt plura Statuta,
quæ frequentè in nostro Ordine, in Reformationibus, & in
Provincijs Discalceatorum sunt, quæ licet nova appareant,
tamen aliquo pacto ad Reformationem pertinent, cum lata
sint ad stabilitatem antiqui Religionis instituti; nam cum ex-
perimento habeatur, ex quibusdam causis mala serpere ad
Religionis institutum evertendum, nova excogitari debent
Statuta tales causas amputantia, ut observantia Regulæ secu-
ritate nitescat. Talia autem de novo inventa ad Reforma-
tionem pertinere dicuntur, quia aliquo modo influunt in an-
tiqui Status manutentiohem, & saltim indirectè conservant,
& promovent Religionis institutum: de qua re inferioris agen-
dum veniet, cum Cantum sine Nota ad hoc genus rerum, quæ
ad Reformationem per accidens pertineant minimè accedere,
opportunum sit firmare.

10. Tandem ad exemplaria adducta aliorum Ordinum,
qui Cantum sine Nota in praxi habent, & hujusmodi usus ex
illorum Statutis constat, respondetur, quod tales Ordines
fortè habent sua Statuta in specie Apostolica authoritate con-
firmata, vel quoad hanc praxim à Sancta Sede gratiam obti-
nuerunt; quare dum ex contrario imperio quid aliud eis non
injungitur optimè possunt, imo & debent suis Statutis adhæ-
rere. Quid tale assert de Capuccinorum Familia Joannes
Rousserius, lib. de Stat. Orig. Ord. cap. 3. q. 5. dicens: *Offi-
cium sine Nota cantare debent, & possunt Sacrae Congregationis
Capuccinorum Patres, quoniam quamvis eamdem, quam Nos*
Re-

67:

Regulam profiteantur, tamen quia eorum Constitutiones, Statuta, & ordinationes à Sede Apostolica confirmata sunt, Officium autem Divinum secundum illas clara voce, & non cum Nota cantari debeat: illud suo modo possunt persolvere. Ulterius totus illorum Ordo huius Constitutioni, & Ordinationi inheret, & obedit sine aliquo, vel unius divisione. Licet enim Cantus Ecclesiasticus in communi consideratus sit Ordo à Sancta Ecclesia institutus ad Divinas laudes decantadas, quem ordinem juxta Regulam exercere debeant Fratres Minores, dum tamen pro aliqua Familia à Sede Apostolica Cantus sine Nota ad eundem effectum designatur, tunc pro illa Ordo Sanctæ Romanæ Ecclesiae est Cantus sine Nota, non verò Cantus cum illa; quare talis Familia hoc in casu integrè, & in omni rigore Regulæ præceptum complet, dum ad laudes Divinas concinendas Cantum sine Nota profert. Hinc forte Paulus Quintus in Bulla, Ecclesie Militantis, 15. Octobris 1608. de Capuccinis dixit, & declaravit: Eorum Constitutiones nihil continere, quod non sit Regula S. Francisci consonum. Cum ergo juxta ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiae persolvitur Divinum Officium, quicumque talis Ordo sit, etiam particularis pro aliqua Familia editus, plenè Regulæ præcepto fit satis, & Statutum quid tale expendens consonum Regulæ, & Reformationi habetur.

11. Quod & adhuc firmatur; nam noster Ordo præter Rubricas Generales, & Officia Sanctorum, quæ in Breviario, & Kalendario Romano adducuntur, alias peculiares Rubricas, necnon & alia specialia Officia in suo particulari Breviario haber, & observat, vt Divinum Officium in substâlia, & coordinatione persolvat; nihilominus tamen dicitur, quod juxta Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiae Officium Divinum compleat: vnde hoc verificatur, quia specialis Ordo pro nostra Religione assignatus, est Ordo Sanctæ Romanæ Ecclesiae, juxta quem nostra Religio ad præscriptum suæ Regulæ debet Divinum Officium completere. Cum autem Discalceatorum Provinciae pro Cantu sine Nota hujusmodi Ordinem Sanctæ Ecclesiae assignare non valeant, siquidem nec ad illum exercendum, cum exclusione Gregoriani, gratiam à Sede Apostolica hucusque obtinuerunt, nec item sua Statuta sint à Summis Pontificibus in forma specifica approbata, & amplius Discalceatos urget mandatum de Cantu Plano exhibendo,

66.

nihil illis favere potest Patrum Capuccinorum, & aliorum
Ordinum exemplaria.

12. Deinde prout observat Rousserius, apud omnes omnino Provincias Patrum Capuccinorum habetur in praxi Cantus sine Nota, vnde ex eo nulla diversitas, aut deformitas inter illos consurgit; nam omnes tales Provinciarum unum integrum corpus sub proprio capite separatum, & omnino independens componunt; & sic similiter invenitur in alijs Ordinibus, qui praefato Cantu sine Nota vtuntur: Provinciarum autem Discalceatorum per se ipsas nullum corpus constitutae valent, alias esset corpus acephalum, solum quidem corpus integrant simul cum alijs Ordinis Provinciis sub uno capite Ministro Generali Ordinis Minorum, cuius corporis membra sunt; quare singularitas talis Cantus sine Nota quid deformis appetet, cum in ferè omni corpore Ordinis Cantus Planus in praxi habeatur. Exempla igitur adducta nihil ad rem probant, nec verum appareret Scriptoris assertum, nempe quod Cantus sine Nota sit in praxi apud omnes Reformatos Sanctæ Ecclesiæ, & ideo Cantus Gregorianus sit contra Discalceatorum Reformationem.

13. Preterquam quod Discalceati Minoritæ utpote intra Ordinem Fratrum Minorum profitentes, & existentes tenentur ad persolvendum Divinum Officium juxta Ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ, non vero juxta Ordinem Capuccinorum, Theatinorum, Barnabitatum, Clericorum Minorum, aut Carmelitarum Discalceatorum; nam non alias Ordo ipsis in sua Regula imponit quām Romanus sicut nec attendere debent Ordinem Ecclesiarum Africæ, Orientalis, Alexandrinæ, Antioquenæ, & aliarum, prout statim subjungit scriptor putans inde Reformationem pro Cantu sine Nota mendicare; Fratres quidem Minores tunc circa hanc rem erunt Reformati cum ad præscriptum suæ Regulæ Ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ non vero aliarum Ecclesiarum, aut Religionum ad vnguem observare videantur.

SEC.

59.

SECTIO V.

CANTUS ECCLESIASTICUS AB INITIO SANCTÆ
Ecclesiæ vigens perhibetur.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Y aun añade con oportuna erudicion , que este Canto simple (enseñado por vn Angel)fue el que usaron las Iglesias de Africa , la Alexandrina , los Padres antiguos , y los primitivos Christianos , enseñados de los Apostoles del Señor. Doy la autoridad : *Simplex Cantio, qua nos utimur equabili vocis tenore prolatæ , fuit adeò primis Christianis , ac Religiosis in morem, ut Beatus Epbræm sua Carmina Veneficis Harmonij versibus opposuerit, ex Nicephoro Hisp. lib.9. cap.16.* Cum jam per tria à Christo nato sæcula simplex Cantus, seu potius recitatio , nullo modulationis suco permixta Christi populos nutritivisset. *Apostolos verò, à quibus hic canendi modus sumpfit initium primi illi Ægypti Patres secuti sunt, quos teste Casian. Institut. lib.2.cap.5.* Dum de psallendi modo, Psalmorumque numero ambigerent, ab Angelo edoctos fama est, vt duodecim Psalmos parili pronunciatione, & simplici vocis tenore, vt ipse cecinerat , canerent. *Qui mox non in Cœnobijis solum, sed in Cathedralibus etiam Ægypti Basilicis diu viguit.* Nam Sanctus Augustinus simplicem canendi modum haber i cupiens, Confess. lib.10. cap.33. de Alexandrina Ecclesia bac scripsit. Melos omne Cantilenarum suavium, quibus Davidicum Psalterium frequentatur , ab auribus meis removeri velim, ac ipsius Ecclesiæ, tutius mihi videtur , quod de Alexandrino Episcopo Athanasio sèpè mihi dictum memini, qui tam modico fluxu vocis faciebat resonare lectorum Psalmi, vt pronuncianti vicinior esset, quam canenti. *Et Epist. 119. eundem canendi ritum, sobrium dicens, Africanas, O Catolicas Ecclesias observare significat, cum ait : Ad suavem , & modulatam inclodium pleraque in Africa*

70.

Ecclesiæ membra pigriora sunt, ita ut Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie psallimus in Ecclesiæ Divina Carmina Prophetarum.

ENUCLEATIO.

1. **P**Arum fuit visum Scriptori nostro, sūm sine Nota Cantum esse Religionum Reformationem, nisi etiam ex ipso Sancta Ecclesia appareret reformata. Ad hoc probandum adducit Magij autoritatem, licet iste Doctor quid Reformationis non intendat adstruere in Cantu sine Nota, sed solum illius ostendere antiquitatem. Pro quo etiam adduci posset Zacharias Voverius in *Annal. Caputin.* 1.p. lib.3. cap. 16. à n. 137. & Bartholomæus Gavanto Barnabita, *Comment. in Rubric. Brev. scđt. 5. cap. 8. n. 14.* Mirum quidem non est, quod hujusmodi Authores suarum Religionum Statuta, & consuetudines carent firmare, dum nec ex Sancta Sede, nec ex Prælatis suorum Ordinum quid habent in contrarium. Posset tamen Magius non obliquo more antiquorum Patrum scribere authoritates, ne alijs exemplum ad abusum in re majoris momenti præberet. Si autem Magius ille talibus medijs ad suum Cantum sine Nota firmandum vñsus fuit, alius tamen ejusdem cognominis Hieronymus Magius Jurisconsultus Anglaren sis adest, qui in suis *Miscellaneis*, lib. 4. cap. 13. tum ex Divinis, tum ex humanis literis Harmonicæ Musicæ utilitatem, & congruentiam validè statuit.

2. Ne autem plurimum recedam à Magij fundamentis, antequam Cantus Ecclesiastici modulati antiquitatem, etiam in Ecclesiæ primordijs, statuam, authoritates ex ipso Magio perperam assumptas examinare oportet. Primò quidem adducitur authoritas Nicephori Callisti, lib.9. *Eccles.-Hist.* cap. 16. ita adulterata, ut nec illius vmbra appareat; loco enim citato ita fatur ipse Nicephorus: * * Dicitur autem Divinus Ephraim trecentas versuum Myriades conscripsisse. Multi quoque ei fuere Discipuli, qui institutione, & Philosophiam ejus sunt æmulati: in quibus celebriores sunt Abbas, Zenobius, Abrahām, Marān, & Simeon apud Syros ingenti gloria viri: Et quibuscum præterea hunc vitæ modum illi communicavere. In locis verò eisdem facundia maximè præstantes Paulonas, & Anarad extitere, qui deinde lapsi sana excidere

fi-

fidei doctrina. Alij insuper apud Ofroneos fuere , eodem præclari modo, Bardesanes , & filius ejus Harmonius. Et pater quidem nominis sui hæresim instituit, filius autem Græcis disciplinis satis eruditus , patrijs vocibus , legitimis modis, Musicisque numeris inclusis , ordine circulari eas Cani instituit, quos ex eo tempore hucusque Syri psallentes usurpantes non illi quidem Carminibus ipsis, sicuti ab illo sunt prodita, sed sonis tantum eorum vtentes , nam ille ad paternam clapsus hæresim eamdem cum Græcis de Aniæ generatione , & corporis interitu , necnon de futura regeneratione opinatus, lyricis modulis doctrinas ejusmodi aspersit. Quibus multi ex Syris propter verborum venustatem , & sonorum numeros demulsi, paulatim opinionibus talibus recipiendis sunt assuefacti. Cæterum Divus Ephraim, ea re cognita, quamvis Græcarum artium expers Harmonij numeros moderatus est; atque ejusdem modulis, Carminibus Ecclesiastice sententiae consonis adjectis , Syris ad hucusque tempus ea canenda dedit. Nam Divinos Hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & Laudes propterea, qui vita instituto Deo placuerunt, canit , ad harmonij Cantum leges composuit : à quibus ut equidem puto, per emulationis ardorem posteriores Ecclesiæ Cantores in modulorum formas mutuati , magis etiam , atque magis augere, atque propagare sunt aggressi. * Ista sanè sunt formalia verba Nicephori Callisti , loco supra citato, quin ibidem quid aliud de Cantu dicat. Ex his ergo clausulis quis legere valet, si pro antiquitate Cantus Ecclesiastici modulati sonis , & notis adhibitis militent , aut pro simplici sine Nota Cantu rusticano , prout vult Magius , & Scriptor decantat, pugnat , dnm ad aliam historiam non dissimilem gradum facere intendo.

3. Adducitur etiam Joannes Casianus, *de Institut. Cenobior. lib. 2. cap. 5.* Cæterum ut res pateat, quid ipse dicat , & quid statuere intendat, ex ejus clausulis latè expensis dignoscendum est. Ibidem enim, *cap. 4.* ait Casianus : *Per ontversum Aegyptum , & Thebaïdem duodenarius Psalmorum numerus, tam in vespertinis, quam in nocturnis solemnitatibus custoditur, ita dumtaxat , ut post hunc numerum due lectiones veteris, scilicet, ac novi Testamenti singula subsequantur. Qui modulus antiquissimus constitutus , idcirco per tot secula penes canitatem illa-*

& non quoad modum canendi, diversae opiniones inter congregatos consurgebant ; cui disputationi finem dedit Angelus duodecim Psalmorum narratione cum assuetis ceremoniis ; quare simul & solemnitati vespertinae finem imposuit, & Psalmorum numerum , de quo solùm erat controversia, statutum adhibuit. Quod autem dicitur de parili pronuntiatione non ad æqualitatem vocis refertur , ita ut nullo vocis flexu decantatio fieret, sed ad æqualitatem Cantus in Psalmis taliter , ut sensus sit, quod æquali , seu eodem genere Cantus undecim Psalmos decantasset absqueulla toni mutatione, nec aliud sonant verba illa : *Undecim Psalmos Orationum interjectione, contiguis versibus, parili pronunciatione cantasset.* Hoc autem non dicitur de duodecimo Psalmo decantato , forte quia diverso alio tono illum Angelus cecinit. Qualitas vero Cantus minimè exprimitur ; eadem sane apud ipsos Monachos in vsu antea habita , quæ apud Orientales tunc temporis erat maxima cum modulatione, & ita in hoc eventu fuisse suadetur ; siquidem ex hac Angeli decantata lectione solùm numerum Psalmorum , & non aliud illi Patres assumpsisse dicuntur , prout ipse Casianus refert sequenti cap. 6. his verbis : *Exin Venerabilis Patrum Senatus intelligens Angeli magisterio Congregationibus Fratrum generalem Canonem, non sine dispensatione Domini constitutum, decrevit, hunc numerum, tam in vespertinis, quam in nocturnis conventiculis custodiri.* Angelicum namque Magisterium non aliam eis instructionem dedit, nisi de duodenario Psalmorum numero , quare solùm de tali numero generale fecerunt Statutum , nihil de modo canendi decernentes ; nam circa modum Cantus nec fuit controversia , nec item ab Angelo fuit eis nulla collata instructio . Ex quibus adductis , prout ex ipso Casiano habentur satis constat, qua veritate dixisset Magius, illos Patres accepisse ab Angelo modum Canendi simplici vocis tenore : ad alias autem circumcisas D. Augustini authoritates transeamus.

4. Sanctus Ecclesiæ Doctor Augustinus , lib. 10. Confess. cap. 33. ita scribit : ** Voluptates atrium tenacius me implicaverant, & subjugaverant, sed resolvisti , & liberasti me, nunc in solis, quos animant eloquia tua, cum suavi, & artificiosa voce cantantur , fateor, aliquantulum acquiesco , non quidem, ut habeam , sed ut surgam, cum volo. Attamen cum ipsi

72.

illarum Provinciarum Monasteria intemeratus nunc usque per-
durat; quia non humana adinventione statutus à Senioribus
affirmatur, sed Cœlitus Angeli magisterio Patribus fuisse dela-
tus. Ecce de quo modo in Divinis laudibus habendo sermo-
nem instituat Casianus; non quidem de hoc, vel illo canendi
modo, sed tantum de numero Psalmorum disserit, qui pro-
fecto numerus ab Angelo delatus fuit, prout ipse afferit, &
historiam sequenti, cap.5. ita recenset: *Venerabiles Patres per-*
vigili cura posteris consulentes, quinam modus quotidiano cultu
per universum Fraternitatis corpus decerni deberet, tractaturi
conveniunt; ut hereditatem pietatis, ac pacis, etiam Successori-
bus suis absolutam ab omni diffensionis lite transmiserent: Ve-
rentes scilicet ne qua in quotidianis solemnitatibus inter viros
eiusdem culturae diffsonantia, vel varietas exorta quandoque, in
posterum erroris, vel emulationis, seu schismatis noxiū germe
emitteret. Cumque pro suo unusquisque fervore infirmitatis
immemor alienę, id statui debere cens̄ret, quod contemplatione
fidei, ac roboris sui facillimum judicabat, parum discussiōis, quod
generaliter plenitudini Fratrum possibile esset, in qua necesse est,
infirorum quoque partem maximam reperiri, diversoque modo
enormem Psalmorum numerum instituere pro animi sui virtute
certarent, O' alij quinquagenos, alij sexagenos Psalmos, nonnu-
lli verò ne hoc quidem numero contenti, excedi eum debere cense-
rent, effetque inter eos pro Religionis Regula pia contentionis
sancta diversitas, ita ut tempus solemnitatis vespertina Sacra-
tissimæ succederet questioni, quotidianos orationum ritus volen-
tibus celebrare, unus in medio Psalmos Domino cantaturus exur-
*git. Cumque sedentibus cunctis (ut est moris hucusque in Egy-*p*ti partibus) O' in psallentis verba omni cordis intentione defixis,*
undecim Psalmos Orationum interjectione, contiguis versibus pa-
rili pronunciatione cantasset, duodecimum sub Alleluja respon-
sione consummans ab universorum oculis repente subtractus,
questioni pariter, O' Cæremonijs finem imposuit. Talis est illius
eventus narratio, in qua expressè habetur, quod illi antiqui
Patres non disputabant de modo canendi, hujusmodi quidem
ritus, & alias cæremonias jam in statuto more habebant,
prout deducitur ex illa clausula: Quotidianos orationum ritus
volentibus celebrare. Solū autem erat quæstio de numero
Psalmorum assignando, & præcisè quoad talem numerum,
 &

74.

ipsis sententijs, quibus vivunt, vt adimitantur ad me quærunt
in corde meo nonnullius dignitatis locum, & vix eis præbeo
congruentem. Aliquando enim amplius mihi videor honoris
eis tribuere, quam decent, dum ipsis Sanctis dictis Religiosius,
& ardentius sentio moveri animos nostros in flammarum pietatis,
cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur, vt omnes
affectus spiritus nostri pro sui diversitate habere proprios
modos in voce, atque Cantu, quorum nescio, qua occulta
familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meæ, cui men-
tem enervandam non oportet dari, sapè me fallit, dum ra-
tionem sensus non ita comitatur, vt patienter sit posterior,
sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam præcur-
rere, ac ducere conatur, ita in his peccato, non sentiens, sed
postea sentio. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immo-
deratiū cavens erro nimia severitate, sed valde interdum,
vt melos omne Cantilenarum suavium, quibus Davidicum
Psalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim,
atque ipsius Ecclesiar, turiusque mihi videtur, quod de Ale-
xandrino Episcopo Athanasio sapè mihi dictum commeni-
ni, qui tam modico fluxu vocis faciebat sonare lectorem Psal-
mi, vt pronuncianti vicinior esset, quam canenti. Verum ta-
men cum reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad Cantus
Ecclesiae tuæ, in primordijs recuperatae fidei meæ, & nunc
ipso commobeor, non Cantu, sed rebus, quæ cantantur, cum
liquida voce, & convenienti modulatione cantantur, magi-
nam instituti hujus utilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter
periculum voluptatis, & experimentum salubritatis, maximè
que adducor, non quidem irretractabilem sententiam profe-
rens, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, vt per
oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis
assurgat. Tamen cum mihi accidit, vt me amplius Cantus, quæ
res, quæ canitur, moveat, poenaliter me peccare confiteor, &
tunc mallem non audire cantantem. *

5. Hac sunt D. Augustini loc. cit. formalia verba, vbi
apertè fatetur, se errare nimia severitate, dum vellet, melos
omne Cantilenarum suavium à suis auribus removeri, quæ
clausula, vtpote truncata, male adducitur ad Cantum Eccle-
siasticum excludendum. Profectò solùm nollet Sanctus Do-
ctor, quòd sensus in voluptate Musicam audiendi anteiret ra-
tio-

tionem in rebus decantatis. Nec cantum abhorret, immo res sa-
crae prout convenienti modulatione decantat, ei placeant. In
libro autem 9. Confess. cap. 6. Sui utilitatem in conversionis exor-
dio, quam etiam & nunc commemorat, ex Cantu Ecclesiastico
acquisitam his fatetur verbis: *Quantum flevi in Hymnis, O
Canticis tuis, suave sonantis Ecclesie tua vocibus commotus acri-
ter. Voces illa influebant auribus meis, O aliquabatur veritas tua
in cor meum, O ex ea astuabat afflitus pietatis, O curribant
Lacrymae, O benè erat cum eis.* Hujusmodi mens D. Augustini
quoad Ecclesiasticum fuit canendi morem; qui etiam de Arte
Musica doctissimum tractatum conscripsit, utpote in ea val-
de peritus.

6. Ad illud autem, quod refertur de D. Athanasio, facile
respondetur, quod fortassis D. Athanasius in Ecclesia Cantu
ali quando humili voce Psalms decantati vellet, ut adver-
satetur Hæreticis Miletianis, quos ipse Athanasius Orat. 1. con-
tra Arrianos Vehementer redarguit, & de quibus Theodore-
tus lib. 4. Hæreticar. fabular. Ita scribit: *Tanquam liberi, O sui
juris illa quoque ridicula excogitarunt; interdiu quidem corpus
aqua mundare, cum plausu autem manuum, O quadam saltatio-
ne Hymnos concinere, O multa tintinnabula funi appensa move-
re, O alia his similia. Qua de causa magnus ille Athanasius per-
petuo cum eis bellam gesit.* Qualis vero fuerit mēs D. Athana-
si circa Cantum Ecclesiasticum modulatum infra n. 15. satis
latè apparebit ex ejusdem verbis, ex quibus plenè patet, quod
illius tempestate vigebat Cantus Ecclesiasticus modulatione
exhibitūs, & quod per ipsum plurimae utilitates ad animatum
profectum ex illius praxi diagnoscabantur; nec ipse D. Athana-
sius Cantui Ecclesiastico, cuius plurima bona recēset, adver-
sa potuit. Quare si, prout nuntiatum fuerat D. Augustino, ali-
quando modico fluxu vocis faciebat resonare lectorem Psal-
mi, hoc ortum habere non potuit ex Cantus non vsu in Eccle-
sia Alexandrina, sed ex solertia ad resistendum Hæreticorum
vanis adinventionibus, vel etiam ratione persecutionum,
quas assidue D. Athanasius fuit expertus.

7. Tandem alia authoritas ejusdem D. Augustini, quæ à
Magio etiam diminutè tangitur, prout habetur inter S. Do-
ctoris opera, Epist. ad Januarium, 119. cap. 18. ita est: *.* Mi-
nor sane quod ita volucris ut de ijs, quæ variè per diversa lo-

76.

ca observantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, ut quae non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vite melioris, vbi cumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impedit, vt majora studiorum lucra speranda, quam calumniatorum detimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud, quod etiam de Scripturis defendi potest, sicut de Hymnis, & Psalmis canendis, cum & ipsius Domini, & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, & precepta. De hac re tam utili ad movendum pie animum, & accendendum Divinæ dilectionis affectum, varia consuetudo est, & pleraque in Africa Ecclesiæ membra pigroria sunt, ita vt Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie psallimus in Ecclesia Divina Cantica Prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad Canticum Psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflammant. Quando autem non est tempus, cum in Ecclesia Fratres congregantur, Sancta Cantandi, nisi cum legitur, aut communis Oratio voce Diaconi indicitur? Alijs vero particulis temporum quid inclius à Congregatis Christianis fiat, quid utilius, quid Sanctius, omnino non video.

g. Ecce D. Augustini verba contra producentem: in illis namque primò docet Sanctus Doctor, quod ex ijs consuetudinibus, quæ non sunt contra fidem, nec contra bonos mores illæ sunt amplexandæ, quæ quid utilitatis conferunt. Deinde huic utilium consuetudinum generi adscribit Cantum Ecclesiasticum, de quo asserit Christi, & Apostolorum adesse documenta, exempla, & precepta. Et insuper affert, nil utilius, & nil sanctius esse ipso Cantu tempore opportuno expenso, cum utilissimus sit ad pie movendum animum, & accendendum Divinæ dilectionis affectum. Quid luculentius pro Cantus Ecclesiastici antiquissima consuetudine, & ejus maxima utilitate? Quod autem tunc temporis in Africa de hac re aliqua Ecclesiæ membra pigroria invenirentur, solum refert, non tamen approbat Augustinus, & ait, quod inde assuebant Hæretici Donatistæ occasionem, ad reprehendendam

77.

dam Catholicorum sobrietatem; ad Divinas Laudes conci-
nendas, quando ipsi Hæretici ebrietatibus suis succensi arden-
tiori strepitu ad Psalmorum humano ingenio compositorum
decantationem, se quasi tubas exhortationis inflamimabant;
quasi calumpniantes dicerent, quod Catholici ex sobrietate,
& jejunio pigri erant ad canendum, cum ipsi Hæretici ex
ebrietatibus suis validiores insurgebant; hoc autem nihil
probat contra Cantum Ecclesiasticum, imo illum extollit.
Constat igitur ex dictis, quod allatae Patrum authoritates
minime afferunt, consuetudinem Cantus sine Nota in primor-
dijs Ecclesiae prævaluisse, siquidem oppositum satis perspicue
demonstrant, & rejecta Magij, & sui sectatoris assertione, ad
hanc veritatem amplius expendendam oportet accedere.

9. Hæretici Catholicos mores detestantes, etiam Eccle-
siasticum Cantum reprehendunt, prout fecerunt Uvaldenses,
Ubiclephus, & alij similes, quorum audacia ex quibusdam
truncatis Patrum authoritatibus, atque ex rationibus nota
fallacia refertis hunc sanctissimum morem damnare conatur.
Taliū Hæreticorum malitiam paſsim reprobant, ac eviden-
tēr convincunt Doctores Catholicci, vt videri est apud Suarez,
tom. 2. de Relig. de Orat. lib. 4. cap. 7. num. 12. Durantum de
Ritibus Ecclesiae, lib. 3. cap. 21. num. 8. Raphaelem de la Torre
Summ. Theolog. tom. 1. quest. 91. art. 2. disp. 1. Maxima vero
Cantus Ecclesiastici commendatio est, quod contra ipsum
Hæretici, bonorum morum inimici, acriter consurgant.

10. Modus Psalmos modulatè decantandi etiam tempo-
re David erat in praxi, prout ex ejus Psalmorum libro con-
stat, & aperte docet D. Augustinus, lib. 17. de Civit. Dei, cap.
14. dicens: *Erat autem David vir in Canticis eruditus, qui*
harmoniam Musican non vulgari voluptate, sed fidei voluntate
dilexerit, eaque Deo suo, qui verus est Deus, Myſtica rei mag-
næ ſiguratione ſervierit. Diverorum enim ſonorum rationabilis
moderatusque concentus, concordi varietate compaciam bene
ordinatae Civitatis inſinuat unitatem.

11. Hinc & ad Evangelicam legem modulatus pervenit
concentus; in ipſa enim Sanctæ Ecclesiae Constitutione
Cantus Ecclesiasticus ſuam praxim obtinuit; nam vt dictum
est ſupr. a num. 7. ex D. Auguſtino, Cantus Ecclesiasticus duxit
originem ex Christo Domino, & ejus Apoſtolis, neconon &

78.

Matth. 26. v. 30. dicitur: *Et Hymnū dicto exierunt in Montem Oliveti.* Ubi exponit Tirus: *Id est, gratijs Deo actis, forte cum Cantu, ut Græcus insinuat.* Quod etiam adducitur in Concilio 4. Toletano, relato in cap. de Hymnis, 54. de Consecratio. dist. 1. ibi: *De Hymnis canendis, O Salvatoris, O Apostolorum habemus exemplum; nam O ipse Dominus Hymnum dixisse perhibetur, Mattheo Evangelista testante, O Hymno dicto exierunt in Montem Oliveti.* Et Paulus Apostolus ad Ephesios scribit dicens: *Implemī Spiritu Sancto loquentes vobismet ipsi in Psalmis, O Hymnis, O Canticis spiritualibus.* Ex eo enim, quod exanimatur, Dominum, & Apostolos Hymnum dixisse, intelligi debet in eo appositus Cantus, juxta doctrinam D. Augustini, Enarrat. in Psalm. 72. ad init. Ubi ait: *Hymni, laudes sunt Dei cum Canto. Hymni, Cantus sunt continentes laudes Dei; si sit laus, O non est Dei, non est Hymnus: Si sit O laus, O Dei laus, O non cantetur, non est Hymnus.* Oportet ergo, ut si sit Hymnus habeat haec tria O laudem, O Dei, O Cantum. Eadem ferè verba habet D. Isidorus, lib. 6. Ethimolog. cap. 19. ubi etiam addit: *Hymnus est Canticum laudantium, quod de Graeco in latinum interpretatur pro eo, quod sit Carmen latitiae, O laudis.* Unde Christus Dominus adhuc in praxi dicitur Magister non solum Theologiæ Sacrae, sed etiam artis Musicae, prout assert Ludovicus Bibaldus, de perfect. Eccles. Persec. 10. dicens: *Et Christus Theologiæ Dux fuit peritisimus, O summus Magister omnium Musicantium.*

12. Hæc igitur constitudo Psalmos, & Hymnos decantandi ab initio nascentis Ecclesiæ prævaluit; nam in Can. 43. O 68. Apostolorum hujusmodi ritus fit mentio, siquidem ibi de Cantoribus pertractatur; sicut etiam in Apostolorum Constitutionibus editis à S. Clemente Papa, lib. 8. cap. 34. Unde & talis cõstistudo in Ecclesiæ primordijs tam in Oriente, quam in Occidente inolevit. Quare Philo Judæus videns, quod S. Marcus in Ecclesiam Alexandrinam inter alios optimos mores, in quibus eam instituit, etiam Ecclesiasticum Cantum induxit, illum commendans, lib. de Vita Contempl. ante med. de illis primis Christianis per Apostolos nutritis inquit: * * Non solum contemplantur, sed etiam Cantica, Hymnosque in Dei laudem componunt vario metrorum, Carminumque genere Rythmis concinnatos in angustiorem,

ac Religiosam Speciem. Et deinde ibidem circa fin. subdit: Coenam verò sequitur sacrum p̄evigilium his titibus: Ubi omnes consurrexere, duo Chori fiunt in medio Cœnaculo, alter virorum, alter fœminarum, cuique sius Incentor præficitur, honore præstans, & canendi peritia; deinde cantant Hymnos in laudem Dei compositos varijs metrorum, Carminumque generibus, nunc ore uno, nunc alterius, non sine decoris, & Religiosis gestibus, atque accentibus, modo stantes, modo proflum, retrorsumve moventes, vt cumque res postulat. Deinde postquam vterque Chorus seorsum explicavit se his delicijs, velut amore Divino ebris unum Chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in Rubri sinus littore post mirandum prodigium, quando mare, Deo jubente, alteris salutem, alteris perniciem attulit, diductis enim violenter aquis, & vtrumque consolidatis in parietum speciem, medium interstitium latam viam, & siccari Populo præbuit, per quam ad continentis adversæ loca editiora trajiceret: aquis deinde in suam regionem pristinam hinc inde refluentibus, ausus eos persequi hostis mersus internecione perijt. Accepto autem hoc tam insigni, & insperato beneficio, correpti munimine viri pariter, & mulieres, & in vnam Choram conglomerati, Hymnis Gratias Servatori Deo canebant, præcincte Viris Mose Propheta, Matramne verò Prophetide fœminis. Ad horum maxime imitationem hic Therapeutarum, Terapeutriduunque Chorus compositus, & mixtis ad graves virorum acutis fœmineis vocibus, concinnè temperatus concentum reddit suavissimum, vtereque Musicum, pulcherrimis verbis includuntur sententiae pulcherrimæ, Religiousis Choris accendentibus. * Quod autem Philo Judæus hoc in loco loquatur de Christianis illis primis sub S. Marci Evangelista doctrina instruictis in Ecclesia Alexandrina, testantur D. Hieronymus, Catalog. de Scriptorib. Eccles. dum illi inter ipsos collocat: Eusebius Cæsariensis, lib. 1. Hist. Eccles. cap. 16. O. 17. Nicephorus Callistus, lib. 2. Histor. Eccles. cap. 15. O. 16. Cesar Baronius, tom. 1. Annal. ad ann. 64. num. 3. Et communiter alij Scriptores.

13. Id ipsum de hac consuetudine affert D. Dionysius Areopagita, qui nascientis Ecclesiæ tempora vidit, & cap. 3. Ec-

80.

*Eccles. Hierarch. ita fatur: *** Porro autem Sacra Psalmorum modulatio, quæ omnibus ferè Pontificijs Mysterijs essentia in star, & necessariò adhibetur, ab eo, quod sanctitate omnibus præstat, abesse non debuit. Nam omnis quidem Sacrosanctæ Scripturæ liber, aut eorum, quæ sunt, à Deo procuratum, ortum, & ornatum, aut legibus sancitum Sacerdotum Principatum, aut Rempublicam, & hereditatem, Populi Dei divisiones, & possessiones, aut Sacrorum Judicium, vel sapientum Regum, Deique Sacerdotum prudētiam, aut veterum hominum inter multos, variisque casus, & calamitates invictum in patientia Sapientiæ studium, aut prudentiæ Deus, quæ agenda sunt monita, aut Divinorum amorum cantica, Divinasque imagines, aut Prophetarum eorum, quæ futura sunt, prædictiones, aut fortia & Divina Iesu opera, ac ejus Discipulorum Divinitus tradita, & ad Dei imitationem pertinentia instituta, atque vitas, sanctamque disciplinam, & doctrinam, aut astrusam Mysteriorumque plenam Discipulorum charissimi Vatisque visionem, summamque ac Cœlestem Jesu Theologiam, ijsque ad Divinitatem adipiscendam apti sunt, eaque digni, tum exposuit, tum Sanctis Divinisque Sacramentorum institutionibus, introductionibusque confirmavit. Divinorum autem Cantuum Sacrosanctus liber, cui hoc vnum propositum est, Dei & verba, & opera laudare, Sanctaque Divinorum virorum verba, atque facta ornare laudibus: generalem adhibet rerum Divinarum & Cantum, & expositionem, atque ad omnia Pontificia Sacraenta & adipiscenda, & mandanda, sive communicanda, aptum animum assert ijs, qui ipsum divine, ac sancte recitant. Cum ergo Hymnorum laudemque modulatio naturales nostros habitus apte ad ea sacra, quæ paulo post facienda sunt, affecit. Divinorumque Cantuum concentu, quasi vna consentaneaque Sacrorum Chorea consensionem, & cum Divinis rebus, & secum, & mutuam instituit, & lege lancivit: tum ea, quæ concissa sunt pauloque obscuriora in spirituali Psalmorum modulatione, pluribus, clarioribusque exemplis, ac repetitionibus, dilatantur sanctissimis librorum lectionibus. *

14. Etiam D. Ignatius Martyr, qui Apostolorum Discipulus fuit, ex quadam sibi præstata Angelorum visione, alternatim in Ecclesiasticis Choris Divinas laudes in Ecclesia An-

tio-

tiochena decantati instituit, prout refert Socrates Sc̄olasticus,
lib. 6. Eccl. Hist. cap. 8. dicens: *Ignatius Antiochiae Syriæ tertius ab Apostolo Petro Episcopus, vna cum Apostolis aliquando conversatus, visionem Angelorum per responsorios Hymnos Sanctam Triadem laudantium vidi, & modum visionis Antiochenæ Ecclesie tradidit, unde & ad omnes Ecclesias ista traditio promanavit: & Hęc est ratio responsiorum Hymnorū.* Atque D. Justinus Martyr meminit in Orientalibus Cantus Ecclesiastici, cujus verba in inferioribus adducam, *Sect. 10. num. 14.*

15. Necnon & D. Athanasius Ecclesiae Alexandrinae Antistes, *tom. 1. Epist. ad Marcellinum non longè ante fin. disserens de Cantu Ecclesiastico in Alexandrina Ecclesia, & ejus consuetudinem, & vtilitates ita latè expendit. ** * Cur autem modulis, & numeris hujusmodi verba concinentur, opere pretium est referre; quidam enim ex nostris simpliciores, tametsi crederent in Verba Spiritu Dei afflata, tamen persuadent sibi, ob amēnitatem soni, & voluptatem aurium Psalmos modulari, quod nequaquam ita est. Non enim dulcedinem, aut eloquentiam affectavit Sacra Scriptura, sed vilitatem animaꝝ hac verborum formula quæsivit, idque, vt vbique, ita potissimum ob has duas rationes: quarum prior est, quia docuit, Scripturam Sanctam non obiter modo, sed & latiori voce Deum celebrare, vno tenore sermonis decurrunt legis, Prophetarumque verba, & quidquid in Biblijs historicum est, vna cum novo Testamento; fusiūs contra efferuntur Psalmorum, Odarum, & Canticorum scripta, atque ita servatur, vt homines pro viribus, omnique ope, Dominum adament. Posterior vero, quod vt harmonia tibias committens, vnum concentum efficit, ita quoque in anima varijs motionibus cogitandi, cupiendi, nōscendi agitata, vnde membris initium operandi desumitur, ratio postulat hominem sibi consonum esse, nec ipsum à se se dissidere; non vt optima quidem cogitet, pessima tamen faciat, quemadmodum Pilatus, qui cum dicebat: Nullam causam mortis in eo invenio, Iudeorum tamen sententiæ suffragatus est; aut vt concupiscat mala, sed perpetrandi facultate desituatur, quales erant Senes illi adversus Susannam; aut vt quidem ab adulterio abstineat, à furto non abstineat; aut vt à farto se purum servet, ab homicidio non servet. Ne igitur talis turbatio in nobis sit, cupit ratio animam,

82.

in qua est Christi sensus, ut Apostolus dixit, sensu illo pro duce uti, & per eum affectus suos exuperare, & in membra corporis imperium habere, ut rationi obedient. Quo ut in harmonia plectrum, ita ipse Psalterium factus, & spiritui prorsus intentus, & adhaerens, omnibus membris, & motionibus obedientiam praestet, & inserviat voluntati Dei. Hujusmodi autem in verbis concinnitatis, & nulquam fluctuantis imago, & forma est Psalmorum harmonia. Ut enim animi cogitatus verbis prodimus, & significamus; ita spiritualis in anima coherens, signum esse volens Dominus melodiam verborum, Psalmos, ut modulis canerentur, instituit, & cum hujusmodi harmonia recitari voluit. Et inde concinnitas animi, si recte dispositus, & affectus sit, agnoscatur, sicut scriptum est: Si quis in moere est, psallat. Siquidem ita id, quod in anima turbidum est, asperum, & incompositum, complanatur, & tristitia mitigatur, nobis psallentibus: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Et lubricitatem suam agnoscat dicendo: Mei prope modum concussi sunt pedes metusque suos spe confortabit per haec verba: Dominus mihi adjutor, non timebo, quid in me fecerit homo. Qui igitur non ad istum modum legunt Sacras Odas, non prudenter psallunt, sed se ipsos oblectant, habituri reprehensionem, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Qui autem secundum praedictam rationem concinunt, ut melodia verborum ex numeris vocum cum Spiritus harmonia congruat, isti psallunt & lingua, & mente, nec se ipsos solum, verum etiam alios, qui audire volunt, magnifice adjuvant. Certè Beatus David Sauli accidens, non solum ipse placuit Deo, sed & turbidum infaniae vitium à Saule propulsabat, & serenitatem ejus animo induxit: ita quoque modulantes Sancti ad tranquillitatem animas Populorum, & ad concordiam Cœlestium Tripudiorum cohortabantur. Quippe modulatim recitare Psalmos nequaquam studium est concinnioris voculationis, sed argumentum cogitationum animi apte in harmoniam consonantium. Et numeris adstricta lectio, signum est concinnæ, quietæque in animo affectionis. Nam & laudare Deum in Cymbalis benè sonantibus, & Cythara, & Psalterio decem chordarum, pro nota est, ac significatione membra corporis legitimè esse composita, quasi chordas. Cogitationes vero ani-

ānimę, vt Cymbala ſe habērē, ac deinceps ſono, ſpiritu que
oris omnia iſta moveri, & vivere, vt (quemadmodum ſcrip-
tum eſt) ſpiritu vivat, & opera carnis mortificet. Ita enim qui
bellē canit, animam ſuam coaptat, & quaſi ex inæqualitate ad
æqualitatem redēgit, non vt percellatur ab aliquo, ſed potius
rerum bonarum imaginationes percipiat, majusque deſide-
rium futurorum bonorum in animum inducat. Si quidem me-
lodiae verborum intenta obliviſcitur ſuarum affectionum, &
exhilarata reſpicit ad ſenſum Chriſti, optima quaęque cogi-
tant. Decet igitur, o Fili, quemlibet legentem hunc librum,
probè legere hęc omnia, quaę afflatus ſpiritus edita ſunt: ac
tum demum veluti ex Paradifo vtilitates decerpit, vbi cum
que ea apparebūt, quaę ejus vſui videbuntur accommoda. * Sic
fatur Sanętus iſte Doctoř Alexandrinus Antistes, vnde dig-
noscitur, quod ſub ejus regimine Alexandrina Ecclesia Cantu
gaudebat Ecclesiastico modulis, & numeris exhibito, ex quo
tot enumerat vtilitates: quas etiam adducunt Sancti Patres, &
Doctores, atque de illis optimę ad extenſum diſerit Hugo
Victorinus, lib. 2. de Clauſtro anime, cap. 22. vbi videri que-
ntur, etiam Regularibus accommodata.

16. Atque D. Basiliius. Hom. in Psalm. 29. Cantum Eccle-
ſiaſticum hoc paſto exponit: * * Psalmus itaque sermo eſt
Musicus, quando concinne, aptèque ſecundūm harmoniæ
rationem ad Organum pulsatur. Canticum verò vox eſt con-
ciona, quaę cum harmonica modulatione redditur ſine Organi
ſono, & concentu. * Morem autem Cantus Ecclesiastici
exhibiti apud Orientalem Ecclesiam etiam expendit ipſe D.
Basiliius Epif. 57. ad Clericos Eccleſiae Neozefarienſis, vbi ita
ſcribit: * * Hoc habeo, quod dicam: quod videlicet qui jam
obtinuerunt ritus omnibus Eccleſijs Dei concordes ſunt, &
conſoni. De nocte ſiquidem Populus consurgens Antelucano
tempore domini præcationis petit: indeque labore, & tri-
bulatione, ac lachrymis indeſinentibus facta ad Deum con-
fessione, tandem ab oratione ſurgentes ad Psalmodiam inſtituuntur. Et nunc quidem in duas partes diviſi alternis ſuccin-
tentes psallunt, atque ex eo ſimul eloquiorum Dei exercita-
tionem, ac meditationem corroborant: & cordibus ſuis at-
tentioñem, & rejectis vanis cogitationibus, mentis solidita-
tem ſuppeditant: deinde yni ex iſpis hoc muneriſ dato, vt

84.

quod canendum est, prior ordinatur, reliqui succinunt: atque ita Psalmodie varietate precibusque subinde intersectis nocte m superant. Illucescente jam die pariter omnes velut ore uno, ac corde uno confessionis Psalmum Domino offerunt, ac suis quisque verbis resipiscentiam profitentur. Horum gratia si nos fugitis, fugietis simul & Aegyptios, fugietis Lybiam utramque, Thabeos, Palestinos, Arabes, Phoenicas, Syros, & qui ad Euphratrem habitant: & ut semel dicam, omnes, apud quos Vigiliae, ac preces, communesque Psalmodie in pretio sunt. * Profecto hoc Magni Basilij testimonium ad universalem consuetudinem Cantus Ecclesiastici sufficeret comprobandam.

17. Nec omittere censeo laudes, & utilitates Cantus Ecclesiastici, quas ipse D. Basilius annexit, dum causam assignat, propter quam hunc modulatum Cantum ad Divinum Officium persolvendum, Spiritus Sanctus Ecclesia Catholicae indixit; prefatione enim in Homil. ad Psalm. ita ait: ** Quando Spiritus Sanctus nos vidit ægre persuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad ineundam vita rectitudinem per hoc lentescere, quod toti ad consecrandam voluptatem propenderemus, quid fecit? Nimirum Scripturae suæ dogmatis mixtim inspersit concinnam istam numerorum modulationem, ut auribus permultis, ac delinitis melico vocum concentu, clam ac velut aliud agentes sineremus in animos nostros irrepere eloquiorum utilitatem, idque pro more sapientis Medici. Si enim pharmacum oblatus austriunculum quidem aversanti cibos, nec probè concoquenti, subinde oras calicis prælinit melle. In hoc sane excogitati sunt concinni isti concentus Psalmorum, ut qui per aetatem pueri etiam dum sunt, aut certè morum maturitate nondum incanuerunt, dum in specie concinunt, ac modulantur, re ipsa animas erudiant suas. Neque enim è promiscua plebe, & ijs, qui ad Scripturarum indaginem toti desident, unus aliquis unquam facile comperietur, qui hinc à nobis abiens præceptum illum Apostolicum, aut Propheticum memoriae mandavit: Psalmorum verò eloquia, & domi cantillant omnes, & medio in foro secum circumferunt. Ut unus ferat in morem peracri ira incanduerit, simul atque Psalmos cæperit illius auribus incini, mox ex animo, discussa feritate abit serenior.

Psal-

Psalmus animarum est tranquilitas, arbiter ieneundae pacis, cuius annutu exundantes, ac tumultuarie cogitationes se contrahunt, & conquiescunt. Animæ siquidem vim ad iram propendentem indulcat, ac præmollit Psalmus: cum contra fræno temperantiae coercent eam, quæ ad effrenem lasciviam devergit. Psalmus amicitia est conciliator, vno disidentium pacis inter hostes constabilienda sequester est Psalmus. Quis enim inimicum deinceps censere eum possit quo cum vel vnicam ad Deum vocem semel emiserit? Id itaque, quod in bonis numeratur præstantissimum, Psalmodia suppeditat, nempe Charitatem; quæ quasi nodus quidam coniendis, & in unum adstringendis omnibus concordem hanc vocem excoxitavit harmoniam, ad consonum Chori vnius concentum Populum coaptans. Psalmus est profligandis dæmonibus, ac depellendis quoddam amuletum, Angelicæ tutelæ conciliator, scutum securitatis inter timores nocturnos, diurnorum requies laborum, infantium tutelaris protectio, consistentium in ætatis flore decus, & ornamentum, senum solamen, denique mundus est mulieribus exornandis appotissimus. Psalmus sequestri, & velut paratio ipsæ incoluntur solidudines. Forenses strepitus moderatur Psalmus, ac temperat. Incipientibus erudiri primum elementaris est institutio Psalmus, proficien-tibus augmentum, perfectis denique sufficiendis stabile firmamentum. Vox est Ecclesiæ Psalmus. Hic dies Festos illustiores reddit, ac perfundit gaudio, cum tristitiam alioquin operetur, sed quæ secundum Deum est; e corde enim lapideo ciet lachrymas. Psalmus opus est Angelorum, Cœlestis illius Reipublice in commune proposita functio, spirituale Thymiana. O inventum sane quam admirabile, ac sapiens Doctoris, qui excogitavit, quo pacto vna, eademque opera ipsi melicos cantus, & modularemur, & doctrinam animæ salutarem consideremus! Quæ enim numerosis modulis comprehensa ediscitur, fixius imprimitur animo. Ita enim natura comparatum videmus, vt vix tantillum duret, quod invitus didiceris; cum contra, id nescio quo pacto memorie insidet tenacius, quod cum peramena quadam oblectatione, & gratia irreperit, atque illabitur animo. Quid porrò non hinc possis edoceri? Non fortitudinis magnificentiam? Non exactam severitatem justitiae? Non temperantiam, vel ipso aspectu venerabilem?

86.

Non absolutam perfectionem prudentiae? Non Pœnitentiae formulam? Non modum Patientiae? Non denique quidquid dicere possis de genere bonorum? In hoc sane reconditus est perfectae Theologiae Thesaurus. Hic reperias de Christi in carnem adventu Oraculum, comminationem Judicij, Resurrectionis spem, terror em intentati supplicij, Gloriae promissio nem, revelationem Mysteriorum. In Psalmorum libro perinde ac in amplissimo quopiam, & commun i promptuario nihil non bonorum reconditum est. Proinde cum non vna sit species musicorum instrumentorum, ad id maluit Propheta librum hunc suum accommodare, quod Psalterium dicitur, ob id (ita equidem arbitror) vt vel ipso nomine gratiam, in eo perspicue resonantem subindicaret, è supernis profluere à Spiritu Sancto: Quod inter cætera solùm hoc causas dicit honoris edendi è supernis. Nam in Cythara, Lyraque æs ab inferiore plectro pulsatum sonum reddit. E diverso Psalterium supernæ attactum causas sortitur concinnæ illius suæ modulationis, vt hoc documento permoti tota animi contemplatione discamus, quæ sursum sunt querere, non item præcipites devergere, ac rapi ad obscenos carnis affectus per illicem voluptatem suave sonantis melodiae. *

18. Ejusdem etiam antiquæ consuetudinis apud Orientales meminit D. Gregorius Nazianzenus *Orat. 2. in Julianum*, vbi ait: *Postquam autem Chori supplementum Oratione repurgamus, age corporibus, atque animis, quoad ejus fieri poterit, purificatis, voceque una assumpta, atque uno eodemque spiritu composti, O concinnati triumphalem illum Hymnum canamus, quem olim Israëlite propter Aegyptios mari rubro cooperatos, atque obrutos, auspicante Maria, tympanumque pulsante, recinerunt.*

19. Similiter D. Joannes Chrysostomus, *hom. 27. in I. ad Corinth.* Exhortans ad Divinas Laudes, & Gratiarum actiones Apostolorum exemplo concinnandas ait: *Cogita, quid fecerunt Apostoli, quando Sacrarum illarum Mensarum fuerunt participes: an non conversi sunt ad preces, O Hymnos canendos?* Ita loquuntur illi antiqui Patres de Cantu Ecclesiastico apud Orientalem Ecclesiam ab initio nascentis Ecclesiae in praxi obtento.

20. Nec minus constat de eademmet consuetudine in Eccle-

Ecclesia Latina; prout habetur ex Concilio 4. Toletano, & refertur, cap. de Hymnis 54. de Consecratione dist. 1. vt allatum est supra num. 11. Istius quidem consuetudinis meminit Tertullianus, lib. Ad uxorem, ad fin. dicens: Sonant inter duos Psalmi, & Hymni, & mutuo provocant, quis melius de suo canet: talia Christus videns, & audiens gaudet. Et lib. Exhortat. ad Castitatem. paulo ante fin. inquit. Si Psalmum canit, placet sibi. Necnon & lib. de Virginibus. Veland. ad fin. ait: Quam autem castigationem merebuntur etiam illae, quae inter Psalmos, vel in quamcumque Dei mentione retelectae perseverant? Ubi Rhenanus ejus Annotator inquit: Ex hoc loco habes, Psalmos olim legi, vel potius cani solitos in Ecclesia. Et ipse Tertullianus in Apologet. ad Gent. cap. 39. inquit: Ut quisque de Scripturis Sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medio canere. Etiam istius consuetudinis memoriam agit S. Epiphanius, contra Heres. lib. 3. circa fin. tom. 2. vbi ait: Matutini etiam Hymni in ipsa Sancta Ecclesia perpetuo fiant, & Orationes Matutinae, lucernalesque simul Psalmi, ac orationes.

21. Et satis aptè ad rem loquitur Venerabilis Beda, tom. 1. tract. de Musica quadrata, dicens: Utilitas autem ejus magna est, & mirabilis, & virtuosa valde, que fores Ecclesiae ausa est subintrare. Nulla enim scientia ausa est subintrare fores Ecclesiae, nisi ipsa tantummodo Musica, per eam rerum Plasmatorum Mundi collaudare debemus, & benedicere, psallendo ei Canticum novum, sicut sancti Patres nostri docuerunt. Nam Officia Divina, quibus ad sempiternam convocabamur gloriam, per eam quotidie celebrantur. Et teste Boetio, quod inter septem artes liberales Musica obtinet Principatum; nihil enim sine illa manet. Etenim ipse Mundus quadam harmonia sonorum dicitur esse constitutas, & ipsum Cœlum sub harmonia revolvi modulatione. Inter omnes enim scientias ipsa laudabilior, curialior, jucundior, letior, amabilior esse probatur; nam reddit hominem liberalem, jucundum, curiale, letum, amabilem, &c.

22. Hunc quoque morem in Ecclesia Occidentali statutum proclamat D. Hieronymus in Psalm. 80. dicens: Nos modo in Ecclesia, licet omni tempore Deo canere debeamus, sed precipue in Resurrectione, in Remissione, & in Domus innovatione; hoc est, cum resurgimus in Christo, cum renissionem accipimus, cum domus pectoris nostri innovata fuerit post ruinam.

Et

88.

Et s^pepissimè in suis operibus ipse Doctor Maximus de hac consuetudine mentionem facit.

23. Eamdem etiam commemorat D. Ambrosius, serm. 7: in Psalm. 118. vbi ait: Quæ enim benè tenemus, cantare consuevimus. Non enim perfunctoriè transeamus, quæ legimus, ut tunc tantum cum legimus ea, in memoriam eorum redire videamur; sed etiam cum abe^st codex manibus, tanquam animantia, quæ probantur, & munda habentur in lege, etiam cum non paſcuntur, ruminare consueverunt, & sibimet ipsis alimenta sibi recondita proferentes: ita & nos de nostræ memoria Tbesauro, de interioribus nostris ruminandum nobis pabulum spirituale promamus. Hymni nobis, Canticum nobis, Psalmi nobis Iustificationes Domini sint. Psallamus spiritu, Psallamus, & mente: ne cum oblii^t fuerimus, in tempore necessitatis dicatur unicuique nostrum: Abjecisti sermones meos post te. Ideoque ut expellere-
tur, & eliminaretur oblivio à Domo Sancta sua, Cantores fecit sibi Rex veras Salomon, qui toto spiritu inquirendo cognitionem Divinitatis int̄derent, ne Psallentes deessent Ecclesia suæ, quorū Cantu nequam spiritus fugaretur, sicut David Sancti docemur exemplo, quo psallente malus ille spiritus expellebatur, qui Saul Regis corda vexabat. Prophetæ quoque, ut prophetarent, psallen-
di peritum jubeant psallere, quod suavi invitata dulcedine spiri-
tualis infunderetur gratia. Et in Evangelio legimus, in domo Patris illius filium recuperantis percrepuisse Symphoniam, quā epulantes delectabantur fideles, persidus autem impatienter au-
diebat. Dulcis igitur cantilena, qua non corpus effeminat, sed
mentem, animumque confirmat. Ideoque Canticum dicitur Do-
mini testamentum, quia remissionem omnium, Dominique ju-
sticias in Scripturis Evangelij suavi mentis exultatione concini-
mus. Ipse quoque Dominus non dedit natus est dicere: Cantavis-
mus vobis, & non saltastis. Cantavit nobis in Evangelio veniam delictorum: debuerunt Judæi mentem attollere, non bistrionico corporis motu, sed Sancto Spiritu: non fecerunt, ideo reprehenduntur. Quia in Ambrosiana doctrina, non solum commendatur Cantus Ecclesiasticus, & ejus consuetudo in Ecclesia Latina firmatur, vertim & reprehenduntur illi, qui cum non admittunt, exemplo illius senioris filij, qui audita Symphonia in domo Patris sui indignatus est, & nollebat introire, necnon & Judæorum, qui Cantica Evangelica audire noluerunt.

So-

24. Solertia autem D. Ambrosij circa Cantus Ecclesiastici exercitium testatur D. Augustinus, *lib. 9. Confess. cap. 7.* sic expendens: ** Non longè cæperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare, magno studio Fratrum concinentium vocibus, & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cum Justina Valentini Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequetur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arrianis: Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, servo tuo. Ibi mater mea ancilla tua, solicitudinis, & vigiliarum primas partes tenens orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen civitate attonita, atque turbata. Tunc Hymni, & Psalmi, ut canerentur secundum morem Orientalium Partium, institutum est, & ex illo in hodiernum retentum, multis jam, ac penè omnibus Gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus.* Hoc autem quod videtur inferri ex hac D. Augustini auctoritate, nempè quod tunc temporis ab Orientali Ecclesia ad Latinam transfusus fuit canendi mos, tantum intelligi debet de augmento consuetudinis, vel de meliori forma, prout observat Suarez, *tom. 2. de Relig. de Orat. lib. 4. cap. 8. n. 10.* vel prout censet Fr. Raphael de la Torre *Summ. Theolog. tom. 1. art. 2. disp. 2. n. 9.* loquitur ibidem Augustinus de Cantu totius Populi; nam antea viuus tantum Psalmum cantabat, audiens alijs; vel fortasse soli Clerici, ut nunc in more est, canebant; cæterum D. Ambrosius, ad Populi tristitiam mitigandam in persecutione Imperatricis Justinæ Arrianæ, instituit, ut totus Populus decantaret.

25. Quidquid autem de hac re sit, certum est, quod Sancta Roma Ecclesia canendi morem ab Ecclesia Orientali non habuit mutuatum, sed ab ipsis primordijs Sanctæ Ecclesiæ ipsum & obtinuit, & conservavit, prout assert Card. Caesar Baronius, *tom. 1. Annal. ad ann. 60. n. 33.* vbi ait: ** Non sic Romana Ecclesia ab Orientali Ecclesia mutuata est modum Psallendi, cum jam ab ipso institutæ Sedis exordio Psalmorum Cantus in eadem coauislet Ecclesia; nam Damasus non canendi ritum, sed Psalterium ex translatione leptanginta duorum ex Oriente à Hieronymo Hierosolymis agente, accepit. Quantum autem ex antiquis monumentis collige-

90.

re licet, Romana Ecclesia medium sequuta viam, nec simplicitatem Alexandrinam, nec Orientalis Ecclesiae suaviori concentu compositos numeros in omnibus amplexata, sic temperavit virtumque, ut miram quamdam cum suavitate adjunxerit gravitatem. * Satis constat ex Superioribus antiqua Orientalium applicatio & solertia ad Cantum & Psalmiodiam cum varijs numeris, & modulis exhiberes in Ecclesia autem Alexandrina, licet semper Cantus modulatus prævaluit, prout ex authoritate ejus Episcopi Athanasij dictum est supra n. 15. forte non ita suavis resultabat concentus vel ob magistrorum defectum, vel ob modicam applicationem; Sancta vero Romana Ecclesia semper ab initio suum Ecclesiasticum Cantum gravem, devotum, & suavitate ac modulatione convenienti imbutum conservavit, ex quo à sua primaeva constitutione obtinuit.

26. Quamvis vero de D. Damaso Papa in ejus Ecclesiastico Officio dicatur: *Statuit, ut quod pluribus jam locis erat in efa, Psalmi per omnes Ecclesias die, noctuque ab alternis canerentur, & in fine eiususque Psalmi diceretur Gloria Patri, & Filiō, & Spiritui Sancto:* Ex hoc non deducitur quod ipse Cantum Ecclesiasticum in Romanam Ecclesiam induixerit, sed solum quod ejus institutione Psalmi alternativi & cum elogio SSimæ Trinitatis vniversaliter decantarentur, sicut & antea quoad ipsum alternandi modum in Ecclesia Antiochenæ fecerat D. Ignatius Martyr, prout dictum est supra n. 14. Cantus igitur Ecclesiasticus in Sancta Romana Ecclesia semper à sua constitutione viguit.

27. Ita apud Sanctam Ecclesiam ab ejus exordio prævaluit ista consuetudo Laudes Divinas decantandi, ut etiam persecutionum tempore minimè esset omissa, desumpto exemplo à Paulo, & Sila, de quibus post flagellationem adhibitat in carcere detentis dicitur, *Aet. 16. v. 25. Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant.* Et ibidem ait Alapide: ** Hinc orti sunt Nocturni, quos quotidie legimus in Officio Ecclesiastico; idque exemplo Pauli, & Silæ, qui hymnizabant, Hymnosque dicebant, ait Lucas. * Unde Ecclesia in Hymno Feriae quartæ ad Matutinum sic canit: *Mentes, manusque tollimus; Propheta sicut noctibus Nobis gerendum præcipit. Paulusque gestis censuit.* Ad-

91?

28. Adhuc quidem persecutione fervescente contra Christianos etiam in Ecclesiæ primordijs Sacrarum latitudini modulationi incumbebant, prout de tempore Trajani resert Eusebius Cæsariensis, lib. 3. *Histor. Eccles.* cap. 33. dicens:
 *** Tanta autem in compluribus locis constituta fuerat adversus nostros persecutio, vt Plinius Secundus Clarissimus Praeses super multitudinem Martyrum motus ad Imperatorem de multitudine eorum detulerit, qui & propter fidem interimerentur ac simul illi significaverit, quod nihil impium, aut quod præter leges sit, facere deprehensi sint, nisi quod matutino tempore exurgentes Christum tanquam Deum Hymnis celebrarent.* Cujus eventus etiam meminit Tertullianus, in *Apologet. contra Gentes*, cap. 2. vbi ait: *** Plinius Secundus, cum Provinciam régeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam Gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Trajanum Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quam Coetus antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad confederandam disciplinam; homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelerata prohibentes. Tunc Trajanus rescripsit, hoc genus inquitendos non esse, oblatos vero puniri oportere.*

29. Aliquando tamen ita prævaluit persecutio, vt ad P salmodiam locus publicus non patèret, prout de persecutione à Constantio, Valente, & Arrianis contra Catholicos acriter mota affert D. Basilius, Epist. 64. *Ad Episcopos Gallia, & Italie*, vbi post multas numeratas calamitates ita addit: *** Sublatum est gaudium, & lætitia spiritualis, in luctum mutatae sunt Festivitates nostræ, Domus præcationum clausæ sunt, Alta ria Cultu spirituali vacant. Nulli amplius Christianorum Coetus, nulla amplius Doctorum præsidentia: Cessarunt doctrinæ salutares: cessarunt Panegyres, ac festivi Conventus, publiceque hymnodiae nocturnæ non habentur: neque superest beata illa exultatio, qua Dominino credentium animæ in Synaxi, ac communione spiritualium Charismatum exhibilarentur.*

30. Ex his colligitur, quod grassante persecutio veris, & Catholicis Christianis aditus ad Dei laudes publicè decantandas non patebat; prout etiam nunc passim audimus de

M

illis,

92.

illis, qui apud Haereticorum, & aliorum infidelium plagas inhabitant; ipsis fidelibus in speluncis, antris, & subterraneis absconditis, ad Psalmodiam exhibendam, valida, & acuta voce Dei laudes decantare non esset congruum, ne ex sonitu proderentur; unde necessum fuit, ut in illis circumstantijs non valde elevata voce, sed gravi, ac remissa Cantus modulatus exalaret.

31. Hac forte de causa D. Isidorus, *de Officiis Eccles.* lib. 1. cap. 5. dixit: * * Psalterium id circò cum melodia Cantilenarum suavium ab Ecclesia frequentatur, quo facilis animi ad conpunctionem flecantur. Primitiva autem Ecclesia ita Psallebat, ut modico flexu vocis faceret Psallentem resonare, ita ut pronuncianti vicinior esset, quam canenti. * Quæ verba si attentè perpendantur à tali modico flexu vocis modulatione non excluditur; nam ut ait ipse D. Isidorus, lib. 3. *Aethiolog.* cap. 18. *Cantus est inflexio vocis, nam sonus directus est, præcedit autem sonus Cantum.* Unde modico flexu vocis resonare, nil aliud est, quam non acuta, & valida voce Cantum muniri, quæ fortiter, & citè auditum percutit, sed solùm flexu vocis gravis, & remissa, quæ tardius, & lentius pervenit ad aures. Quare licet in primitiva Ecclesia, dum illæ vrgarent persecutio[n]es, primis Christianis erat necessum, flexum vocis in Cantu ad Divinas Laudes temperare; non omnino modulationem negligebant, sed eam juxta temporis exigentiam, Cantui proportionatam præparabant.

32. Ab initio igitur nascentis Ecclesiæ Cantus Ecclesiasticus modulatus sine intermissione prævaluuit; quia verò ille diversimodè juxta Regionum consuetudines, & opportunitatem promebatur, eum D. Gregorius Magnus ad certum, & determinatum Ordinem adduxit, ut uniformiter in Ecclesia universalis in praxi haberetur, prout testantur Scriptores omnes; Onuphrius Panvinius, *in Epitom. Roman. Pont.* fol. 26. de ipso S. Gregorio ait: * * Missæ sacrificium additis Orationibus locupletavit, stationes instituit: Romanum Breviarium, quo nunc Ecclesia Romana vtitur, edidit: Ecclesias Urbis Romæ multis donis locupletavit, & exornavit: Ecclesiam S. Agathæ in Saburra dedicavit: Romanum Cantum fecit, Cantoribus cum eorum Primicerio in Ordinem redactis. * Neenon & Bejerlinck, *in Theatr. Vit. Huic lit. C. verb. Cantus,* ita

93.

ita habet : * * Quamvis ab initio fuerit certus Ordo Psalmorum , & Hymnorum , qui in Ecclesia canebantur , certaque eorumdem distributio , tamen lapsu temporis pleraque in ijs immutata , & temporis , locorumve ratione aliter , & aliter disposita fuere , donec S. Gregorius Doctissimus Romanus Ecclesiarum Episcopus , & Anglorum Apostolus Cantum in Ecclesia Nocturnum , Diurnumque exacte dispositum , & ordinatè distribuit , Antiphonis ad Psalmos destinatis , & Cantum ipsum ad commodiores modulos , formulasque redegit , qui ob id communiter Gregorianus Cantus appellatur , quod antiquum Cantum is reformatum . *

33. Quas autem Regulas , que in Ordinem , & quos modulos S. Gregorius ad antiquum Ecclesiarum Cantum modulatum apponerebat , non est meum recensere , qui de hac re sufficientem notitiam acquirere voluerit , recolat Musicæ facultatis Doctores , & præcipue Fr. Paulum Nassarre , qui novissimè , & luculentè de hac arte scripsit , & præsertim , tom. I. lib. 2. cap. 10. vbi citat Blasium Rosetum , qui fol. 7. ait : * * Scendum est , quod octo sunt Toni compositi , & ordinati in Ecclesia Dei , licet antiquitus fuerint quatuor : Et sic vocabantur : Protus , qui dicitur primus : Deuterus , scilicet Tertius : Tritus dicitur Quintus : Et Tetrandus Septimus . Iste quatuor supradicti modi tales habebant potestatem , quod unusquisque ipsorum poterat ascendere ad decimam vocem , & descendere ad quintam , quod valde laboriosum voci humanae proferre , & ideo considerans Beatusimus Gregorius talis ascensum alias quatuor Tonos adjunxit , & sic octo sunt , &c. *

34. Deinde autem prout fertur , Vitalianus Papa Primus ad Cantum Gregorianum Organorum usum adhibuit , prout affert Platina , lib. de Vitis Pontificum , fol. 74. dicens : * * Vitalianus Cultui Divino intentus , & Regulam Ecclesiasticam composuit , & Cantum ordinavit , adhibitis ad consonantiam (ut quidam volunt) Organis . * Et postea S. Leo Secundus in aptiore modum Cantum Ecclesiasticum traxit , prout habetur in ejus Officio Ecclesiastico , ibi : Leo Secundus Pontifex Maximus Siculus , humanis , & Divinis literis Graecè , & latine eruditus , Musicis etiam eruditus fuit : ipse enim Sacros Hymnos , & Psalmos in Ecclesia ad concentum melioren reduxit . Ex hucusque ergo dictis satis constat , Cantum Ecclesiasticum

94.
modulatum à primordijs Sanctæ Ecclesiæ extitisse, maxima-
que inde utilitates haberi; quare à veritate alienum est, Can-
tum sine Nota fuisse Sanctæ Ecclesiæ in sui exordio; nec item
talis Cantus esse valet proficia Reformatio contra tot Eccle-
siæ Catholicæ Sanctiones, & inviolatam consuetudinem.

SECTIO VI.

*IN ORDINE MINORUM CANTUM SINE NOTA
ad Reformationem pertinere non posse, demon-
stratur.*

SCRIPTUM ANONYMUM.

Y ciñendonos à nuestra Seraphica Religion,
siempre en ella fue vno de los puntos principales
de sus Reformas el cantar sin Nota , y en tono ba-
xo, y devoto.

ENUCLEATIO.

1. **P**otquam dedit Scriptor Sanctam Ecclesiam reforma-
tam, prout ipse censet, ad sui primitivam institutionem
ex introductione Cantus sine Nota, nunc procedit ad Ordi-
nem Minorum ex ipsomet capitulo Reformandum, dum ait,
quod semper in nostro Ordine fuit in suis Reformationibus
principalior scopus, Cantus sine Nota. Cæterum jam suprà
firmum manet, quod Religionis alicujus Reformatio nihil
aliud est, quam illius restitutio ad suum pristinum perfec-
tio-
nis, aut austerioris gradum; sed hæc ratio nec directè, nec
indirectè, nec mediata, nec immediata, nec per se, nec per
accidens inveniri valet in Cantu sine Nota: ergò nullo modo
talis consuetudo ad Reformationē Ordinis conducere potest.

2. Major istius Syllogismi sufficienter firmata habetur
suprà sect. 4. à num. 6. Minor constat, nam præfata restitutio
vel esset alicujus, quod in sua entitate in Ordinis exordio in-
stitutum fuisset, & deinde temporis lapsu deperditum, vel di-
minutum esset, atque postea per Reformationem appareret
restauratum, & ad suum pristinum rigorem restitutum; vel
heret prædicta restitutio alicujus hujusmodi, ad id firman-
dum, addendo aliquam aliam obseruantiam, ad sui stabilitatem

con-

95.

conducentem; sed nullo ex his modis in presenti statu habetur Cantus sine Nota: ergo nullo pacto esse valet medium ad Reformationem.

3. Non quidem primo modo se habet Cantus sine Nota; quia noster Ordo in sua prima conditione institutus fuit cum exercitio Cantus Gregoriani, prout latius infra patebit; quod & factum fuit, ut hoc perfectiori modo Regula observaretur; siquidem, ut pluries dictum est, & amplius constabit, praeceptum Regulae de persolvendo Divino Officio juxta Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ perfectiori modo compleetur adhibito Cantu Gregoriano, vt pote à Sancta Ecclesia statutus, quam cuni alio Cantu sine tali institutione inventos vnde primo illo modo, nempè quod aliquid in exordio Ordinis institutum, & postea deperditum, seu diminutum restauretur Cantum sine Nota adducendo, quod necessarium erat, ut talis Cantus per se, directe, & inmediate conduceret ad Reformationem Ordinis, in hujusmodi Cantu sine Nota ratio Reformationis minimè iovenitur.

4. Nec item secundo modo, quo aliquid etiam de novo inventum conduceit ad Reformationem, quia promovet restitutio-
nem, & stabilitatem alicujus alterius Ordinis exordio
instituti, & postea deperditii, seu antiquati, aut diminuti, vel
removet impedimenta, quæ retardare possunt Regularem
Observantiam; nam Cantus sine Nota ad nihil horum ac-
commodari valet; non quidem ad Divinum Officium in
Choro persolvendum, quia perfectius impletur cum Cantu
Plano, quam cum Cantu sine Nota, nec ad lucrum temporis
pro Oratione Mentali, & alijs Regularibus exercitijs; nam
non plus temporis consumitur, prout experimento constat,
in Cantu simplici Gregoriano, quam in Cantu simplicissimo
sine Nota exhibendo; & si alius cantandi modus, vt in plurim-
um apud Discalceatorum Provincias pro solemnitatibus in
praxi habitus cum vocis flexu, harmonia, & modulatione,
licet sine speculativis Regulis, adhibetur, plus temporis, in
isto insumitur, quam in Cantu Gregoriano: ergo nec hoc se-
cundo modo Cantus sine Nota ad Reformationis spheram
reduci potest; siquidem nec promovet ullam perfectionem,
aut austerioritatem Ordinis primò habitam, nec removet impe-
dimenta ad illam obtinendam, & conservandam. Imo potius

-110-

Cantus

96.

Cantus Ecclesiasticus Gregorianus dici debet, directe, immediate, & per se pertinere ad Ordinis Minorum Reformationem, quia ipse fuit institutus in Ordinis exordio, ex eo impletur perfectiori modo Regulæ praeceptum, & simul unitatem, & uniformitatem conciliat Ordinis, tam in se, quam cum Ecclesia Catholica; quare Cantus Ecclesiasticus, & non aliis conducit in nostro Ordine ad Reformationem; dum Sancta Romana Ecclesia alium Ordinem ad Psalmódiam in Divino Officio persolvendo non decreverit.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Gobernatis, to. paña: *Primb quod in istis supradictis Dominibus Officium Divinum non cantetur, sed dicatur in mediocri tono.*

ENUCLEATIO.

5. **A**lsuam probandam propositionem excogitat Scriptor testimonia adducenda, & primò assert quamdam Constitutionem non in Capitulo Generali editam, sed inter alias à Rmo. P. Fr. Francisco de Angelis Quiñones pro Domibus Recollectionis in Hispanijs, & præcipue in Provincia Conceptionis, post Capitulum Generale Burgense anno 1523. celebrato, latam s. inter quas dispositiones, cap. 2. sic Ordinatur: * * Primum quod in istis supradictis Dominibus Officium Divinum non cantetur, sed dicatur mediocri tono, ita ut omnes possint Officium persolvere, & hora secunda Officium Matutinale finiatur, ut tempus reliquum maneat Orationi, & devotioni dedicandum. * Has quoque Ordinationes ipse Generalis Minister pro Italæ Recollectis, seu Reformatis publicavit per suam Epistolam, prout assert de Gubernatis, tom. 3. Orb. Seraph. cap. 112. fol. 262. ad fin. post acta Capituli Generalis Burgensis anno 1523. Hæc autem dispositio fuit deinde recopilata, extensa, & declarata in Statutis Generalibus Segoviensibus pro Domibus Recollectionis Hispaniatum; quia enim tunc de ejus intelligentia pertractandum est, infra num. 11. videri valet, quid per talen Ordinationem injungatur.

SCRIP-

SCRIPTUM ANONYMUM.

Assi para los Reformados. Ut tamen Re- Cap. Ge-
formati Fratres ad alia spiritualia exercitia nec. 62.c.
commodius se exercere valeant, Officium re- 5.deDiv.
citabunt sine Cantu, sed gravi, sonoraque Offic.
voce.

ENUCLEATIO.

6. **H**OC autem testimonium etiam valde diminutè
fuisse pro Reformatis, nec addit esse pro Reformatis Italiae,
nam de ipsis postea fatetur Cantum Gregorianum in praxi ha-
bere. Est sanè quedam minima particula ordinationis, qua re-
peritur inter antiqua Statuta Italicae Reformationis, quorum
titulus est. *Constitutiones ejusdem Reverendissimi Patris Bona-
ventura Galatayeronensis totius Ordinis Ministri Generalis: pro
Reformatis Fratribus in Provincijs Italiae, editæ Romæ die 20.
Junij 1595.* in his ergo statutis, cap. 15. Sic habetur: Ut Di-
vini Officij recitatio debitam sortiatur preparationem, Fratres
omnes, impedimento legitimo non detenti, Choram adeant, ubi
maneat genuflexi usque ad signum inceptionis Officij, mentem
coelestibus contemplationibus disponentes. Officij recitatio gravis
sit, & devota, debitum pausis interpositis, currentque Superiores, ut
que in Choro legenda sunt, diligenter preuideantur, ne in re tam
gravi errores misceantur, atque confusiones. Canendi ritus sua-
vis sit, & devotus, ut finem sortiatur, quem propter à Sanctis
Patribus est institutus. Ut tamè Reformati Fratres ad alia spiri-
tualia exercitia commodius se convertere valeant, Officium reci-
tabunt sine Cantu, sed gravi, sonora, plenaque voce, ut supradi-
ctum est. Poterit tamen Guardianus, in aliquibus Solemnioribus
diebus, Cantum etiam praecipere in Hymno, Te Deum Laudamus,
in Missis, Vesperis, & Completorio, ut sibi magis in Domino vi-
debitur expedire, ad facili devotionem, & spiritualem Sacrum
Fratrum consolationem. Ad Missas autem & alia canenda, Fra-
tretidoneos, de consilio, & consensu Custodis, & Discretorum
Loci Guardianus destinabit.

7. Nescio qua in dictione istius statuti invenit Scriptor
ordinatum Cantum sine Nota, & exclusum Gregorianum; in
illo quidem nulla Cantus sine Nota specialis mentio sit, &

Can-

98.

Cantus Planis permissus pro certis diebus exprimitur. Prohibet enim tale Statutum generaliter loquendo quemlibet Cantum, & tunc solum adhibet recitationem, gravi tamen, devo-
ta, plenaque voce, debitissimis pausis interpolatis, prout primò di-
xerat. Hoc autem agit, ut ex tali cuiuscumque generis Cantus prohibitione tempus suppetat ad hoc ut Reformati Fra-
tres ad alia spiritualia exercitia commodiū se convertere va-
leant. Quo pacto prohibitiō omnis generis Cantus pertinet
ad Reformationē saltim indirecte, mediatae, & per accidens;
nam hoc modo promovetur exercitium Orationis Mentalis
ad quod complendum in ipsis statutis designatur pro singulis
diebus duplicis horae spatium: neenon & conferuntur suffra-
gia ad alia munera Regularia explenda. Dum autem ipsum
Statutum designatis diebus, & horis Cantum permittit, lo-
quitur expresse de Cantu Ecclesiastico cum Nota, illo nempe,
qui à Sanctis Patribus fuerat institutus, & ad quem adhiben-
dum Fratres idonei, & periti in Cantu desiderantur; Cantum
verò sine Nota nec Sancti Patres instituerunt, nec pro illo
idonei Cantores exiguntur; nam eo simplicissimo, & sine re-
gulis nec practicis, nec speculativis, quicumque legere sciunt,
vti possunt. Hoc prolecto, & non aliud, est, quod in prædi-
cto statuto cõtinetur, ex quo particulam avulsam dedit Scriptor,
ut ejus absconderet sensum, & ad sui mentem traheret.
Adverti tamen debet, quod Italæ Reformati prædictis statutis
non acquievetunt, siquidem sequenti anno 1596. à Cle-
mente VIII. impetrarunt confirmationem indulti illis à Gre-
gorio XIII. concessi, vt ijs sibi metiis suis propria conderent
Statuta, prout assert de Gubernatis, tom. 2. Orbis Serapb. lib.
7. cap. 3. num. 154..

SCRIPTUM ANONYMUM.

Guber- Assi para las Provincias Belgicas: Obser-
natis, to. vandum erit, ut Divinum Officium in prædi-
3. fol. Etis locis non cantetur, sed devote sine Nota ab
510. omnibus dicatur.

ENUCL EATIO.

8. **H**oc Statuti frustrum accepit Scriptor ex ijs, quæ pro
Recollectis Belgicis, & Gallicis concinnavit Rmns.
Ca-

Calatayeronensis, adhibitis ijs, quæ pro Hispania Recollectis ordinaverat Rimus. Quinonius, prout dictum est supra num. 5. Cæterum, vt video, hujusmodi Statutis Belgici, & Gallici vñ non fuere; nam Recollecti Galli obtinuerunt à Clemente Octavo Bullam *Pro injuncti*, 26. Martij 1601. in qua eis extensa fuit facultas antea concessa Reformatis Italæ ad sibi propria condenda Statuta, quare de talibus Provincijs in calce Statutorum Segoviensium, loquendo de Statutis Generalibus nostræ Familiae, sic dicitur: * Tametsi Statuta Generalia (quæ Barchinonensia recognita nuncupantur) à Gallicis, & Belgicis Provincijs fuerint suscepta, conceditur tamen eisdem Provincijs, vt regantur secundum Statuta Capitulorum Generalium, ac Provincialium visitatorum in qualibet Provincia, ita quod si supra memorata Statuta Generalia Barchinonensia recognita fuerint adversa, & contraria suis prædictis visitatis Statutis, nolumus in eo casu, prædictas Provincias ad novas prædictas Constitutiones teneri, & obligari. Verum si casus occurrerit, qui absolvit, & definiri non valeat per sua visitata Statuta, tenebuntur prædictæ Belgicæ, & Gallicæ Provinciæ ad vnguem observare memorata Statuta Barchinonensia recognita. * Quod decretum ex Toletanis 1583. desumptum fuit. Hinc quælibet ex prædictis Nationibus sua Statuta habet, dependenter tamen à Capitulis Generalibus, & vt in plurimum ipsis nostræ Familiae Generalibus Statutis conformia, prout constat ex varijs Statutis, quæ in Comitijs Generalibus pro ipsis Nationibus sunt emanata. Statuta autem Gallica non vidi, quare de ijs, prout specialiter pro ipsis Provincijs sunt concinnata, memoriam agere non valeo; ex testimonij tamen fide dignis accepi, quod Recollecti Galli Cantu Gregoriano vtuntur. Perlegi vero Statuta Germano-Belgica, prout ea exponit P. Kerckhovè Recollectus Provinciæ S. Joseph Elandriæ, & eorum cap. 2. §. 2. habetur compilatum Statutum generale Segoviense de Cantu Gregoriano, excluso Organico, exhibendo, ubi prædictus Commentator valde pro suis Cantum Ecclesiasticum commendat. Unde prædicta particula Statuti à Scriptore pro Belgicis Provincijs adducta nihil juvat.

9. Hac ex causa compilatio Segoviensis præfata Statuta, quæ ex diversis compaginata Rimus. Calatayeronensis pro

100.

Recollectis Belgicis, & Gallicis edidit, solum pro Domibus Recollectionis repertis in Hispania exhibuit, prout constat ex titulo illis ibidem designato, nempe: *Statuta pro uniuersis Conventibus Recollectorum Fratrum Minorum Regularis Observantiae in Provincijs Hispaniarum degentibus.* Statutum autem restringitur ad personas in Rubrica nominatas, ut docet Barbosa, *vot. decim. lib. 2. vot. 47. num. 60.* Qui titulus pro ipsis Statutis habetur in Chronologia Seraphica; non tamen ea Statuta in praefata compilatione transcriptis de Gubernatis, quia jam ipsa scripsit paulò antea, quatenus à Generali Calatayeronensi evulgata. Unde secundum praesentem statutum solum pro Domibus Recollectionis Hispanicæ talia Statuta subsistunt, quæ Domus per illa reguntur, ad quod illa habent vulgari Hispano sermone translata. Nihilominus tamen Scriptor, cum jām pro Hispanica Recollectione suo more generale Statutum dederit, prout habetur *sprà num. 5.* & ideo ei opus non esset aliud addere; ne Provinciae Belgicæ decore Cantus sine Nota carerent, illis tale frustum statuti adscripsit, ad illius verò examen accedamus.

10. In prædictis ergo Statutis pro Domibus Recollectis Hispaniq; Compilatis, cap. 2. Sic injungitur: *In primis licet Ritus Cantandi Divinum Officium prius sit, & à Sanctis Patribus Salubriter institutus, & introductus tamen ut Fratres præfatorum locorum liberius Oratione, & Contemplationi vident, ac in omnibus ad Pœnitentię lamenta salutaria reliquos suo exemplo provocent, observandum erit, ut Divinum Officium in dictis Lo- zis non cantetur, sed devotè sine Nota ab omnibus dicatur: & sic reverenter, ac piè in dicto Officio se habeant, ut Deum Optimum Maximum, quem præsentem, & sui obsequij inspectorem habent, oculis corporeis conspicere videantur. Et ita Religiosè procedent, ut hora secunda, vel circa post medium noctem, Officium Matutinum inale finiatur, ut maneat tempus in Oratione, & devotione expendendum. Et vigilent Superiores, ut que legenda, vel dieienda in Choro, seu Communitate, studiosè prævideantur. Nullus tamen eximatur à Choro, seu alia Communitate, nisi necessitate urgente, & hoc de speciali licentia Guardiani. Ut verò exercitium Orationis Spiritu Devotionis magis increscat, cui catera temporalia inservire debent; qualibet distans anni duæ hora, & dividua Orationis modo infra scripto divisa habeantur; videlicet post*

TOT.

post Matutinale Officium, una hora: post Primam, dimidia: post Completorium, una hora. Sed à Resurrectione usque ad Festum Exaltationis Sanctae Crucis propter noctium brevitatem, Orationis hora post Nonam habeatur; in diebus autem jejuniiorum, Orationis hora habeatur ante prandium.

II. Causa finalis istius Statuti, est promotio spiritus Devotionis, & orationis, ad cuius exercitium designat spatum duplicis horæ cum dimidia quotidie in Communitatibus consumendum. Ut autem ad perfectum lucrum hujusmodi finis sufficiens tempus supersit, absolute prohibet quodlibet Cantus genus, dum ait, quod Officium Divinum non cantetur, sed devote sine Nota dicatur. Si enim locum daret ad Cantum sine Nota, cum de toto eiuslibet diei Officio loquatur, & ad totum illud persolvendum modum assignet, dum iste esset Cantus sine Nota, profectò non adesset tempus ad designatum Orationis Mentalis spatum complendum, & Statuti finis obtineri non posset. Quod & firmatur; nam ad recitandum Officium Matutinale designat tempus duplicis horæ, vel paulò minùs; si verò adhuc sine Nota tale Officium esset decantandum, vix spatum trium horarum, prout expertis constat, sufficiens esset: Unde non alium quam recitandi devotè modum, omni genere Cantus excluso, imponit, ne dispendium temporis in Cantu cum Nota, vel sine illa in detrimentum exercitij Orationis vergat. Quę etiam intelligentia ad dispositionem supra n. 5. adductam, quę in id ipsum tendit adhiberi deberet. Hoc quoque pacto intellectum, & executioni datum prædictum Statutum in Domibus Hispanicæ Recollectionis apparet, vbi tantum in Solemnitatibus Misla Conventualis, & modica Officij Divini portio decantari solet; si autem hucusque præfati Recollecti Cantum Planum non habuerunt in usu, inde fuit, quia cum illis ex prædicto Statuto necessarium non erat, illum non didicerant; cæterum post istius novissimi mandati promulgationem,

ut videmus, ad ejus praxim vocem
dederunt.

SCRIPTUM ANONYMUM.

Statut. pro
hac Famil. an-
no 1633.
Vease la Chro-
nolog. Seraph.
hic.

Así tratando de nuestros Descal-
cos, se nos manda entonar, y no cantar
la *Benedicta*, no dando otra causal mas,
que su Reforma: *Ab his modi memo-
rati Nocturni constitutione nullatenus
eximitur illorum Conventuum Fratres,
qui quoniam Reformati sunt, non utun-
tur Cantu.*

ENUCLEATIO.

12. **N**e autem conquererentur Hispani Discalceati de
eo quod, dum Scriptor ita liberaliter pro aliis
Reformationibus Statuta Generalia distribuat, quibus ille
Canto sine Nota splendescentes apparent nullum sit ipsis
Discalceatis tale Generale Statutum, ideo Scriptor, cum ad
manus non haberet, id delonge traxit nempe à Reformatio-
ne Italica, quia illi non deserviebat, mutuatum.

13. Hoc itaque testimonium ex clausula alterius truncata
ti Statuti assert Scriptor, & habetur in Toletanis anno 1633-
non quidem pro Provincijs Discalceatorum Hispaniarum, nec
pro hac nostra Cismontana Familia, vt perperam supponit
Scriptor, & in margine exprimit, sed solum pro alia Ultra-
montana Familia, prout ex titulo, sub quo tale Statutum con-
tinetur, constat, qui talis est: *Pro Ultramontana Familia.* Nec
non & patet ex ejusdem Statuti constructione, vbi sic dicitur:
*Quando contigerit cantari die Sabbati Missam de Immaculatis-
ma Concepcione Deiparae Virginis, praecedenti tunc die veneris
sero, dato signo ad Salutationem Angelicam, antequam Fratres
se se de more flagellent, Solemnius, quo fieri poterit, cantent Anti-
phonas, Psalmos, Lectiones, & Responsoria primi Nocturni Of-
ficij de Immaculatisima Concepcione Mariae, &c.* Hoc autem
Nocturnum, prout hic describitur, nunquam in nostra Cis-
montana Familia in more fuit qualibet hæbdomada decan-
tari, sed aliud Nocturnum, scilicet primum Officij Patvi B.
Marie, vnde nomen accepit *Benedictas*; & sic habetur desum-
ptum ex Toletanis 1583. in Compilatione Rmi. Samaniego,
cap. 3. §. 9. dum ibi dicitur: *Deinde statuimus, vt in qualibet
hæb-*

bebdomada, in qua Sabbati die, festum duplex non occurrit, Feria sexta post Completorium, in Virginis Immaculatae Laudem, decantetur Nocturnum, vulgo dictum Benedicta, cum Responsoriis: Sancta, & Immaculata Virginitas, & O Gloriosa Domina, & Oratione de Conceptione. Hęc quidem fuit, & est consuetudo in hac nostra Cilmontana Familia, tam apud Discalceatos, quam apud Observantes, vnde illa alia dispositio sicut & aliæ sub illo titulo contentæ non pro Discalceatis Hispanis nec pro Familia ista, sed solum pro Transalpina prodijt, quod, innegabile est; nihilominus tamen de illo Statuto pertractate oportet.

14. In predicto quidem Statuto ita habetur: Ab hujusmodi memorati Nocturni Constitutione nullatenus eximuntur illorum Conventuum Fratres, qui, vel quantum Reformati sunt, non continentur Cantu, vel qui Cantum omnino ignorant; sub eisdem paenitenciam decernimus enim, ut id genus Fratres devotissimi, & gravius, quo poterunt dictum Nocturnum unisona, & alta voce recitare teneantur; sicut Solemnius etiam quo poterunt, simili tono celebrabunt sequenti die Sabbati Missam de Immaculatisima Deipara Virginis Conceptione. Illud hie advertendum, predictum Nocturnum antecedente sero die Veneris cantandum, vel recitandum esse juxta laudabilem, & commendatam antiquorum Patrum nostrorum devotionem, veluti quandam praviam dispositionem, & preparationem ad Augustissimum Sacrificium Missæ sequenti die Sabbati in memoriam Purissime Conceptionis Deiparae Virginis, ut supra, Solemnius cantanda.

15. Intentum istius Statuti aperiè dignoscitur, nempe quod nullus Conventus cuiuslibet qualitatis esset in Ultramontana Familia ab ejus Observantia eximeretur. Dictum enim erat primò quod tale Nocturnum Solemnius decantaretur, quæ magna Solemnitas ibidem individuè, & plurimis circumstantijs describitur. Licet enim jam tunc temporis & per multos annos ante Reformati Italiae Cantu Planu yterentur, tamen adhuc formatas Provincias non habebant, sed tantum Custodias; erant etiam tunc novas Domos acquirentes, quare in illis non erat opportunitas ad Cantum Gregorianum exprimendum, quare necessum erat, ut dispensatione, quæ prout infra patebit, viguit in nostro Ordine ad hoc ut certis locis, & yrgente necessitate omitteretur Catus Planus, usi suis-

104.

senti; quare ne hujusmodi causa, aut etiam ignorantia Cantus Gregoriani apponeretur ad non cātandum tale Nocturnum, quod statuebatur cum omni Solemnitate decantari, affert Statutum, quōd decantetur, vel recitetur unisona, & alta voce; ita vt nulli Fratres ejusdem Familiae ab hujus Statuti observantia eximerentur. Si autem hoc sit, præcipere nostris Hispanis Discalceatis, quod non vntantur Cantu cum Nota, sed solūm Cantu sine illa, videat, qui intelligit, & judicer. Mirum tamen est, quod dum Scriptor toto suq; animæ ingenio, Discalceatos deobligari à Statutorum Generalium observantia, demonstrare satagit; quoad hoc tamen Statutum, quod nec pro Discalceatis Hispanis, nec pro nostra Cismontana Familia concinnatum fuit, & tantum tanquam de longe tractum, & sua voluntaria mente Discalceatos concernat, velit ipsos teneri.

16. Ad quod firmandum invitat in margine Lectores, vt tale Statutum legant apud Chronologiam Seraphicam, cum pro alijs hujusmodi Statutis citasset de Gubernatis in suo Orbe Seraphico; & ratio est, quia prafatum Statutum in Chronologia Seraphica habet in margine hanc Notam: *Constitutio hac etiam Reformatos, seu Discalceatos obligat.* Quæ marginalis Nota non reperitur apud de Gubernatis, & ideo Scriptor non ad hunc, sed ad Chronologiam Seraphicam iubet lectores ire. Nota tamen illa, vel addita fuit Ammanuensitatem incuria, vel alia causa apposita; nam de Discalceatis Hispanis loqui non valet, siquidem tale Statutum non pro illis, nec pro nostra Familia Cismontana, sed solūm pro Transalpina fuit emanatum. Loqui autem valet ipsa marginalis Nota de quibusdam Reformatis, qui tunc temporis in illa Familia Ultramontana vigebant; nam Urbanus Octavus in Bulla, *Sacrosanctum 1. Martij 1625.* Custodiam Bavariae in Provinciam erexit hoc modo: * * Custodiam prafatam in Provinciam Ordinis S. Francisci Reformatorum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, quæ reformata, & alijs eorumdem Fratrum Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Provincijs Regnotum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar esse, &c. * Similiter dum Provincia S. Salvatoris Hungariae Reformationem amplexari statuit, ipse Urbanus Octavus in Bulla, *Sacrosanctum 15. Septembris 1629.* decretivit: *Provinciam predicatam in Provinciam Fratrum Discalceatorum nun-*

cupatorum Provincijs Regitorum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar esse, &c. Quæ erectiones factæ fuere, ut ex ipsis Bullis constat, ita ut tales Provinciæ intra Familiam Ultramontanam permanerent, & Generali Prælato ipsius Familia subderentur. Cæterum allatae Provinciæ Discalceatorum nomine abrogato, deinde sub Reformatorum appellatione, & juxta eorum mores, inter Familia Transalpinæ Reformatas Provincias numerantur, & omnes Cantu firmo, seu Plano vtuntur. Unde patet, qua ratione velit Scriptor, allatum Statutum pro nostris Hispanis Discalceatis prodijisse.

17. Ut autem quoad inferiora majori claritate procedamus, advertendum est, quod Scriptor quamdam differentiam sibi bene visam adinvenit inter Cantum, & Tonum, seu inter has voces, ita ut Cantus sit vsus Cantus Plani, seu Gregoriani, & Tonus seu intonare non aliud exprimat, quam Cantum sine Nota, vel simplicis prolationis sine modulatione usum; & in hoc sensu non solum ipse loquitur, sed etiam vult intelligi & Statuta, & Doctorum Authoritates, quod valde voluntarium est; nam voces, seu verba, nisi aliud suadeat materia, aut rei natura, de qua agitur, intelligenda sunt juxta suam propriam significationem, & secundum communem usum loquendi; prout ex plurimis Juribus, & Doctoribus, docet Barbosa, tom. Var. tract. Axiomat. Jur. axiomat. 222. num. 4. &c. 7. Unde prefatae voces, quando apud Statuta, vel Doctorib[us] alias sensus eis non appetet conferri, debent intelligi secundum illam significationem, pro qua fuerunt inventæ; licet cum, vel ex materia, vel ex loquentis intentione dignoscatur, vel largè, vel modo translatitio sint interpretandæ.

18. Quod vero voces allatae suam propriam significationem quoad facultatem Musicam habeant, satis habetur ex Doctoribus D. Isidorus, lib. 3. Ethymol. cap. 19. ita loquitur: *Tonus est acuta enunciatio vocis: Est enim harmonie differentia, & quantitas, quæ in vocis accentu, vel tenore consistit: ejus generæ in quindecim partibus Musici divisorunt, ex quibus Hyperdulius novissimus, & acutissimus: Hypodorius omnium gravissimus est. Et lib. 7. Ethymol. c. 19. ait: Lectio dicitur, quæ non cantatur, et Psalmus, vel Hymnus; illæ enim modulatio, hic sola pronunciatio queritur. Et d. lib. 3. cap. 19. inquit: Cantus est inflexio vocis; nam sonus directus est, praecedit autem sonus*

Cantus

106.

Cantum. Et lib. 7. Ethymol. cap. 12. ita fatur? Cantor autem vox eatus, quia vocem modulatur in Cantu. Huius duo genera dicuntur in Arte Musica, sicut ea dolli homines Latine dicere potuerunt: Precentor, & Succentor: Precentor, qui vocem premitur in Cantu: Succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, qui consonat; qui autem non consonat, nec concinuit, nec Cantor, nec Succentor erit. Et lib. Different. lit. S. ita habet: Inter sonum, & sonitum: Sonus est, quidquid auditur sensibile: Sonitus vero confusio vocis rubarum.

19. Venerabilis Beda, exponens illud 1. Esdræ 2. v. 65. Et in ipsis Cantore, atque Cantatrices ducenti. Inquit: ** Cantores autem juxta litteram appellat eos, qui Psalmos dulci modulatione resonabat. * Ipse tom. 1. tract. de Musica Theoretica, ita ait*: Tonus est, quando vocula voculam tota sui quantitate superaverit, & insuper ipsius superaret vocula octava parte, vel in intensione acuminis, vel in remissione gravitatis. Seimitonium est, quando Tonus in duas non æquas, sed inæquales partes secatur. * Et sequenti tract. de Musica quadrata, seu mensurata, sic fatur: * Genus vero hujus scientia est peritia modulationis harmonicae, quæ ex concordantia plurimorum sonorum, vel ex compositione longarum, breviumque figurarum perficitur. Materia hujus est, sonus ordinatus secundum modum. Sonus sumitur pro melodiæ, & concordiæ differentia, ordinatur pro numeris temporum in figuris consistentium ante perfectam pausam secundum modum pro quantitate longarum, breviumque figurarum, quæ in vocis accentu, & tenore consistit. *

20. Si etiam consuluntur posteriores in Musica facultate Magistri, nihil communius apud ipsos inveniemus, quam usus harum vocum: Tonus, intonatio, intonare, cum sua propria significatione pro Cantu verè modulato. Sic loquitur Salinas de Musica, lib. 4. cap. 12. * Toni nomen quadrifariam accipi potest. Primo enim significat vocis harmonicae tensionem, juxta nominis Ethymologiam, secundum quam productio, seu tensio dici potest, quod est tendere, vel producere, & tunc accipitur pro sono ad harmoniam apto, in quo significato dicitur Tonus asper, aut levis: Magnus, vel parvus: &, ut vulgo dicunt: bonus vel malus. Secundo sumitur in compa-

paratione ad aliud respectivē secundū acutum , aut grave; juxta quod significatum alij gravi , alij acuto Tono canere dicuntur ; nulla tamen habita ratione determinatæ quantitatis in acumine , & gravitate. Tertiò accipitur pro ea distantia, quæ est inter Diapente , & Diatessaron , aut inter Hexachordum majus , & Diapente : in quo significato dicimus Tonum maiorem , vel minorem. Postremo accipitur pro integra instrumentalis harmoniæ compositione , in qua significatione dicitur ab Euclide esse locus vocis Systematis capax, latitudine carens , in longitudinem solum ab acuto in grave , aut à gravi in acutum protensus. *Et sequent. cap. 13. inquit:* Tria ergo consideranda circa tractationem Tonorum afferit Ptolæmus: Primum extreinorum distantiam: deinde media, quæ sunt inter extrema: Tertiò excessum , quo unus distat ab alio. Et ante omnia sciendum est , sonum sic à Tono differre , vt punctum a linea , ita à sono secundū longitudinem in acutum , aut grave Tonus protenditur , vt sonus simplex sit , Tonus autem compositus. * Sic similitèr in quolibet opere Musico passim inveniuntur tales termini juxta sui rigorosam significationem , & assert *Tapia de Musica , tract. de Cantu Plano , cap. 20.* Fr. Paulus Naslarre , tom. 1. lib. 2. de *Cantu Plano per tot.* & omnes omnino Magistri in hac arte, qui omnes pleno ore ridèrent , si adductam à Scriptore differentiam audirent.

21. Nec aliter in nostro vulgari tales voces se habent; primò quidem & principaliter juxta suam rigorosam significationem quid Musicum demonstrant, licet aliquando largo modo, aut per translationem quid aliud designent. Ita expōnit D. Sebastianus de Covarrubias in suo *Thesauro linguae Hispanicae*, vbi lit. C. ait: * # Cantar, del verbo latino, Cano canis. Este termino no solo se atribuye al hombre , pero tambien à las Aves, y abusivamente dezimos, que canta la Rana, el Grillo, y la Chicharra. Los de la Germania llaman cantar en el Potro, quando uno puesto en el Tormento confiesa el delito. *Et infra :* Canto, ó es simple de una sola voz, y esta puede ser arrimada à instrumentos, ó por si: ó de muchas voces juntas, y estas hazen melodía, y armonía: De aqui nace la diferencia del Canto Llano, Canto de Organo, Contrapunto , y de cada cosa de estas ay su Arte. *Et lit. S. inquit:*

O

Son,

108.

Són, Latinè Sonus, qualquiera ruido, que percebimos con el sentido del oír, largo modo se llama Són, y propiamente Sonido; y el Són dize cierta correspondencia á la consonancia Musica. *Et lit. T. ait:* Tono, Latinè Tonus, vale sonido, ó acento, cerca de los Músicos lo dividen en ocho, por ser tantas las diferencias del clausular, considerando lo que sube, y lo que baxa el Canto Llano, en el empezar, y terminar. De allí se dixo Entonar, Cantar á Tono, y Entonado, que algunas veces se toma en mala parte, por el Phantastico. Salir de Tono, no con tinuar el modo, y orden, conque uno empieza, ó á cantar, ó á razonar.*

22. Atque Statutum Toletanum, quod accommodare Hispanis Discalceatis intendebat Scriptor, dum Nocturnum B. Matris Virginis Solemniori Ritu decantari præcipit, voce, *Intonare*, vtitur, prout ibi habetur : ** Hebdomadarius immediaet intonabit primam Antiphonam, qua intonata duo Cantores Superpelliceis vestiti intonabunt Psalmum sequentem : & eo absoluto, repetetur Antiphona tota, & intonabitur altera, quod in reliquis servabitur. In decantatione dicti Nocturni, Hebdomadarius semper erit (ad majorem ejus devotionem, & gravitatem) Generalis Minister, si aderit, vel eo absente, Commissarius Generalis, quo absente, gravior, qui extiterit in Conventu Prælatus : Prima, & secunda lectio, devotissime, & patulissimè cantabitur ab ijs gravioribus Patribus, vel etiam Fratribus, qui clariori voce præpollent: tertiam verò Cantabit Hebdomadarius. Loco tertij Responsoriij cantabitur Antiphona : Teta Pulchra es, &c. quam tamen intonabunt Cantores alternati, sicut consuevit fieri in Cantu dictæ Antiphonæ, respondentे Choro, &c. Si ergo juxta hoc Statutum, prout expressè testatur Scriptor, nobis Discalceatis præcipitur intonare illud Nocturnum, *Benedicta*, profectò id nobis præcipereatur Cantu Plano decantare.

23. Etiam modus rusticus canendi, seu vt ab alijs dicitur, Phantasticus, quia sine Regulis aut numeris determinatis adhibetur, Cantus vocari solet, & taliter clamantes, cantar e dicuntur, prout dissertè affert D. Joanes Chrysostomus, tom. 1. in Psalm. 41. ante med. diceens: ** Nostra certè natura vique adeo delectatur Canticis, & Carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem, & convenientiam, vt vel Infantes

ab

169:

ab vberibus pendentes, si silent, & assidentur, ea ratione Sō-
piantur. Nutrices quidē certè, quæ eos gestant in vlnis, sē-
pe abeūtes, & redeūtes, & quædam puerilia eis carmina de-
cantantes, supercilia eorum ita sopiunt. Quo circa sēpe quo-
que viatores meridiè agentes juga animalia, hoc faciunt, ca-
nentes, itineris molestiam illis Canticis consolantes. Nec so-
lū viatores, sed etiam Agricolæ vbas in torculari calcantes,
Vindemiantes, & vites colentes, & quodcumque aliud opus
facientes, sēpe cantant. Nautæ quoque remos impellentes,
hoc faciunt. Jam verò mulieres quoque texentes, & confusa
stamina radio discernentes, sēpe quidē, & per se singulæ,
sēpe autem etiam omnes concorditer vnam quamidam melo-
diam concinunt. Hoc autem faciunt & mulieres, & viatores,
& agricolæ, & nautæ, qui ex opere faciendo suscipitur labo-
rem Cantu consolari volentes, vtpote quod anima, si Car men,
& Canticum audierit, molesta, & difficultia sit facilius tolera-
tura. *

24. Ex dictis optimè dignoscitur, quod voces : *Cantus*,
cantare, *sonus*, *sonare*, *Tonus*, & *intonare*: sua propria, & rigo-
rosa significatione, ad quam exprimendam inventæ fuerunt,
intelligi debent, dum aliud non suadetur ex natura materiæ
de qua agitur, nec aliud colligitur juxta mentem loquentis,
aut scribentis; nam in alijs circumstancijs etiam lato modo, &
more translatatio aceipi queunt, prout ex ipsa Scriptura, vel
Doctoris loquentis more in suis eloquijs servato prudens le-
ctor indagare potest. Attamen velle quod vbi cumque tales
reperiātur voces, *Cantus* semper intelligi debeat pro Musica
modulis, & numeris constructa, & è converso intonatio, aut
Tonus nunquam de *Cantu Modulato* accipi valeat, quid
violentum, & voluntariè excogitatum censerit debet.

25. Autem tamen, quod Scriptor illam differentiam, &
intelligentiam talium vocum, qua vſus est, desumpsit ex Ca-
ramuele, qui in *Theolog. Regul. Comment. ad Regul. S. Benediti*,
disp. 101. dub. 6. n. 1327. dixit: ** Cantare ille dicitur,
qui psallit in Tono convenienti Antiphonis secundum pun-
ctorum variationem, regularitatem determinatam. *Cantus* di-
viditur in Enarmonicum, & Gregorianum. *Canunt* secundum
normam Gregorianam, qui sine diminutione intervallorum
præcinenti vniſonant, aut equisonant: *Canunt* verò enarmo-

110.

nice, qui consonant diversis distantijis. Hispani Enarmonicum *Canto de Organo* dicunt, & Gregorianum *Canto Llano*. Ille indirectum legit, qui in eodem punto cantat; qui canendi modus ab Hispanis vocatur *Entonar*, *Intonare*. Tandem ille legit simpliciter, qui eadem voce, qua communè loquitur, nempe voce, cui nulla possit, aut consonare, aut dissonare.* Fortè ex hoc extero Doctore quæslivit Scriptor Hispanarum vocum significationem, qua vtitur, cum posset eam veram apud Domesticos invenire.

26. Cæterum, vt puto, allatum differentiarum modum excogitavit Caramuel, vt aliqua verba obscura Regulæ S. Benedicti exponeret; nam cap. 12. præfatae Regulæ, dicitur: *In Matutinis Dominico die, in primis dicatur Psalmus sextagesimus sextas sine Antiphona in-directum. Quod ultimum verbum exponens Caramuel ubi supra, ad disp. 88. n. 1211. ait: Indirectum, hoc est uno Tono, sine melodia. Et deinde ad disp. 89. n. 1217. iterum idem verbum expendens inquit: Sanè hæc vox in-directum, ad verbiū esse videtur, idem significans, quod consecutive, & nulla Antiphona interposita; que expositio ex parte colligitur ex cap. 17. Ubi vocat Psalmos Directaneos, qui sine Antiphona, vel Invitatorio recitantur; sic ergo decantandum dicit Psalmum 66. Deus misereatur nostri. Possunt & hoc modo verba S. Patris exponi: Alij Psalmi obliqui, & variè inflexa melodia cantantur; Psalmus 66. In-directum, id est sine harmonica declinatione debet intonari. Præfata igitur differentia vocum, & eorum significatio inventa fuit à Caramuele, vt Regulam S. Benedicti exponeret, & ea vtitur ad Cantum juxta talem Regulam exprimendum; non autem vt hoc eodem patre intelligat Doctores, qui diverlo modo vntunt illa voce, intonare. Unde Scriptor si juxta hunc sensum verba in opere Caramuelis inventa intelligere valet, quia ipse Caramuel suam mentem aperuit; non tamen bene se gerit, dum vbi-cumque apud alios Doctores, & Statuta tales invenit voces, illas intelligi vult juxta diversitatem à Caramuele solum pro Regula Benedictina excogitatam. Sed quia de hoc satis in questione de voce, licet dicta necessariò præmitenda fuerint, ad alia testimonia à Scriptore adducta transeamus.*

SCRIP-

SCRIP TUM ANONYMUM.

III.

E sta ha sido en toda la Descalcez su modo de pagar los Divinos Oficios, y costumbre tan assentada, como observò el Señor Caramuel, que preguntando, si èsta la Comunidad obligada à cantar las Horas Canonicas? Responde: *Standum est Religionis, & Monasterij consuetudini: Religionis quidem, nam Discalceati Canonicas Horas intonant.*

ENUCLEATIO.

27. **C**ujus generis fuerit consuetudo de hac re apud Discalceatos reperta opportunitori loco apparabit. Talis autem consuetudo ejuscumque sit generis, nunc minimè prodest, cum per mandatum Pontificium omnino extinta habeatur. Diminuta verò authoritas Illustrissimi Caramuelis adducta adhuc oportet integrè exhiberi: ait quidem Caramuel in sua *Theolog. Regul. tom. 1. Comment. ad Regul. S. Benedicti disp. 101. dub. 6. n. 1327*. Petitur: qui debet communias Officium Canonicum persolvere, legendio, cantando, an intonando? Consultò de Communitate solum dubitos quia Particulares satisfaciunt, cum simpliciter legunt, nec tenentur privatim cantare, aut intonare. Ad questionis hujus decisionem manuducunt subsequentes resolutiones. Prima: *Standum est Religionis, & Monasterij consuetudini. Religionis quidem, nam Discalceati Canonicas Horas intonant; similiter fit in aliquibus partibus Monasterijs aliorum Ordinum.*

28. Hoc in asserto primò loquitur Caramuel de Discalceatis, qui independenter ab alijs Provincijs integrum Corpus Religionis constituant, vt sunt Capuccini, & Carmelitæ Discalceati; hi enim dum Cantum Gregorianum excludunt, consuetudinem suarum Religionum respectivè sequuntur, cui stare debent, dum Superiori autoritate aliud illis non injungitur. Discalceati autem nostri Ordinis stare etiam debent consuetudini Religionis nostræ, cuius membra sunt, cū alijs vnicum Regulare Corpus constituentia; in nostro autem Ordine ab ejus exordio Cantus firmus, seu Gregorianus in more viger, & ipsius Statutis Generalibus est Ordinatus;

quare